Ex quo Collegium est sub regimine Societatis multi (ad quod res minus pertinebat) sive zelo ducti, sive aliunde animati sumpserunt a superiori illo numero, & ab exiguo tempore quo Collegium fuit sub cura PP. s Isidori ansam obloquendi Superioribus, & illos notandi tamquam minus æquos reddituum Collegii dispensatores &c....

Multa sunt quæ ostendunt inanes fuisse has querelas. Primo non consuevisse ali in Collegio plures simul quam septem alumnos vehemens conjectura sumitur ex eo, quod pendente lite inter PP. s. Isidori, & Societatem essent in Collegio solummodo septem; quod patet ex exemplo libelli supplicis, qui pro Collegio retinendo sub cura dictorum Patrum Summo Pontifici fuit porrectus nomine alumnorum, qui in eo subscripti sunt, & sunt hi soli septem &c....Secundo licet in Collegio fuerint octo quando transiit ad curam Societatis, tamen certum est tres ex illis videlicet Johannem Moriartum, Donatum Brou-

Brouder, & Patricium Archerum emisisse juramentum post traditum Collegium Societati; unde probabile redditur, eos fuisse admissos potius ut succederent aliquibus, qui discedere debebant eo anno ex iis octo, quam quod Collegium aleret semper octo simul alumnos &c.

Die igitur decimo Decembris anni 1637. P. Garzadoro successit P. Guillelmus Malonius Hibernus Dublinensis... Illo Rectore Collegium per varia antea domicilia pervagatum obtinuit tandem fixam sedem, eam videlicet domum, quam modo incolit.... Cum domus traderetur Collegio soluta fuerunt sc. 2250., pretium videlicet collectum ex venditione domus antiquæ, & insuper conventum fuit, ut ex sc. 5750., reliqua videlicet parte pretii solverentur singulis annis sc. 400., & residuorum fructus compensativi pro rata portione sc. 4. pro singulis centenis donec compleretur tota solutio. P. Malonius dum Rector fuit non solum illi pacto satisfecit, sed etiam tantum solvit e sorte principali, ut eo Rectoratum dimittente superessent solvenda solum sc. 3800. Hæc quantacumque industria efficere non potuit, quo minus plurimi tum initio, tum post reprehenderent P. Malonium ob emptam hanc Domum: in qua duo maxime displicuerunt: *unum consanguineis Eminentissimi Fundatoris, videlicet situs loci in recessu ignobilis plateæ extra conspectum positi*: aliud vero posterioribus Rectoribus, nimirum relictum æs alienum, quod illos diu vexavit, & Collegium per multos annos in angustiis detinuit.

D
Dispiacque al Principe Ludovisi la compra della nuova casa pel Collegio.

De-

Num. 4.
Decreto della Sagra Congregazione di Propaganda, in cui si assegnano scudi 15. per sussidio di viatico agli alunni del Collegio Ibernese, e sc. 10. per li Padri di s. Isidoro.

Decretum Sac. Congregationis de Propaganda Fide habitæ die 8. Maii 1628.

Fuit Congregatio de Propaganda Fide in Palatio Illustrissimi Domini Cardinalis Borgia, cui interfuerunt quatuor tantum Cardinales, videlicet ipsemet Borgia, Bentivolus, Ludovisius, & Cornelius, & Rm̃i Domini Corsius, & Tornellius & Pater Dominicus.

In ea primo referente Illm̃o Domino Cardinali Bentivolo convenire, ut alumnis sæcularibus Collegii Hibernorum ab Illustrissimo Domino Cardinali Ludovisio erecti, & Fratribus similiter Hibernis strictioris Observantiæ Collegii s. Isidori urbis aliquod certum Viaticum per Sacram Congregationem decernatur, quo vel in patriam reverti ad laborandum in Vinea Domini, vel ad Missionum loca, ad quæ cum Superiorum approbatione dirigentur, se transferre possint. *Illustrissimi Patres pro singulis Alumnis sæcularibus præfati Collegii Hibernorum scuta quindecim, pro Fratribus vero s. Isidori scuta decem decernenda esse censuerunt.* In cujus decreti executionem fuerunt assignata scuta quindecim Terentio Calli Presbytero Hibernensi alumno dicti Collegii Hibernensis, & scuta viginti duobus Fratribus sancti Isidori pro eorum viaticis: & pro facultatibus ab his tribus petitis iidem Illustrissimi Patres jusserunt adiri Congregationem sancti Officii.

UR-

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Num. 5.
Bolla della s. m. di Urbano VIII. in cui si concedono agli Alunni del Collegio Ibernese quegli stessi privilegj, che godono gli Alunni del Collegio di Propaganda per le ordinazioni.

SAcrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam Dominus Noster Jesus Christus Dei Filius Author pietatis instituit, regimini præsidentes, piis quorumlibet Christifidelium præsertim ad divini cultus augmentum, & animarum salutem, & Catholicæ fidei conservationem, & propagationem tendentibus votis libenter annuimus, & , ut ea quantocius optatos sortiantur effectus, opem, & operam, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii moderni Rectoris Seminarii Nationis Hibernicæ de Urbe petitio continebat, quod in dicto Seminario nonnulli adolescentes ex Provincia Hiberniæ oriundi, qui litterarum studiis sedulo operam navant, plerumque ætate provecti reperiuntur, qui, absolutis suis studiis, Presbyteri postmodum effecti ad suum talentum in Vinea Domini expendendum Patriam desolatam repetunt, & Verbi Dei prædicationibus, & aliis spiritualibus exercitiis, quantum possunt, uberes in eadem Vinea fructus producere contendunt: Ac propterea ut nunc, & pro tempore existentes dicti Seminarii Alumni suum pium hujusmodi propositum quantocitius adimplere valeant, pro parte dicti Rectoris Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis, ut infra, indulgere, ac alias opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

K

mur. Nos igitur, qui ejuſdem Fidei Catholicæ conſervationem, & propagationem ubique, & præſertim in partibus Hæreticorum dominio ſubjectis vigere ſinceris exoptamus affectibus, dictum Rectorem, dictique Seminarii Alumnos, ac eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ejuſdem Seminarii Alumnis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut a dilecto filio noſtro, ac pro tempore exiſtentis Romani Pontificis in dicta Urbe, ejuſque diſtrictu Vicario in Spiritualibus generali etiam pro tempore exiſtente, ſeu per eum deputato, vel deputando in eadem tamen Urbe exiſtente Antiſtite etiam abſque litteris dimiſſorialibus ſuorum propriorum Ordinariorum, ſed cum litteris teſtimonialibus pro tempore exiſtentis dicti Seminarii Rectoris ipſorum Alumnorum vitam, mores, & probitatem commendantibus, Clericali charactere inſigniri, & deinde unica, ſeu quatuor feriatis, vel non feriatis ad quatuor minores, necnon poſtea tribus Dominicis, ſeu aliis de præcepto Eccleſiæ feſtivis diebus continuis, vel interpolatis ad ſacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines, etiam abſque titulo aliquo beneficii Eccleſiaſtici, vel Patrimonii, ſed ad titulum Miſſionis in Hiberniam tantum etiam extra tempora ad id a jure
ſta-

ſtatuta, & intra annum, annique curriculo non expectato, minuſque ſervatis ad id a Concilio Tridentino deſignatis interſtitiis, dummodo tamen dicti Alumni pro tempore promovendi ad id reperiantur idonei, & donec Regnum Hiberniæ ad gremium ejuſdem S. Romanæ Eccleſiæ redierit, tantum, & non alias, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare libere, & licite valeant, Apoſtolica authoritate tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus: Nec non Vicario pro tempore exiſtenti, ſeu per eum deputato vel deputando Antiſtiti Ordines præfatos, ut præfertur, conferendi, & Alumnis præfatis nunc & pro tempore exiſtentibus illos recipiendi licentiam, & facultatem, auctoritate, & tenore præmiſſis impartimur. Non obſtantibus, quod ipſi Alumni antequam de uno ordine ad alium promoveantur, ſe in alio, vel aliis antea ſuſceptis Ordinibus minime exercuerint, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Abſolutionis, Indulti, & impartitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1631. pridie Idus Aprilis Pontificatus Noſtri Anno octavo.

Num. 6.
Particola del Testamento del Cardinal Lodovico Ludovisi.

Si tempore mortis meæ non erit empta Domus pro Alumnis Collegii Hybernorum, ematur quamprimum; & si eidem Collegio redditus nondum assignassem, lego prædium meum apud Oppidum Gandulphum, & mille scuta singulis annis a meo Hærede solvenda: In hoc vero si qua occurrat difficultas, adigatur meus hæres ad assignandum Bonum immobile, ex quo mille scutorum fructus percipiantur. *Committo autem, & trado fidei, & curæ Societatis Jesu hujus Collegii Gubernationem*, ex quo (ut spero) prodibunt Alumni, qui Hyberniam meo patrocinio commissam diuturna Hæresi liberent. Anno Domini 1629. die 11. Aprilis.

Num. 7.
Deposizione di un Testimonio, dalla quale si rileva il desiderio del Card. Fondatore di acquistare pel Collegio Ibernese una casa vicina al Convento di S. Isidoro.

Septimus Testis = Ætatis annorum quadraginta, & ultra inductus, & juratus pro parte dicti Rev. Patris Fr. Lucæ Wadinghi, & aliorum Fratrum S. Isidori de Urbe, qui primo juxta Interrogatoria Reverendissimi Patris Generalis, & RR. PP. Assistentium Societatis Jesu, & deinde super Articulis, dixit, & deposuit ut infra videlicet.

Juxta primum Interrogatorium fuit monitus prout in eo, & recte respondit, & de nomine, cognomine, patre, patria, ætate ut supra, ed il mio esercizio è di Capo Mastro Muratore.

Omittuntur alia.

Juxta decimum sextum Interrogatorium interrogatus respondit: Io sono stato presente all' ordini dati a bocca dal Signor Card. Ludovisio al detto Signor Luca Antonio, cioè una volta fui presente mentre detto Signor Cardinale a bocca ordinò al detto Signor Luca Antonio,

tonio, ed a me Testimonio, che facesse abbassare come sta al presente la Chiesa di S. Eufemia . . . . . *Ed anco detto Signor Cardinale dette ordine a me a bocca, che io andassi a vedere una Casaccia, che stava sopra S. Isidoro nel luogo che hanno pigliato li Cappuccini, che aveva pensiero di aggiustare il Collegio, e levarsi la pigione di quella Casa dove stavano li Scolari, e ci venne con me il detto Signor D. Luca, ed il P. Fr. Martino, ed anche credo il P. Fr Luca, e ne feci pianta di detta Casaccia per vedere come si poteva accomodare, e ne diedi conto al Signor Cardinale, con la pianta fatta in mano sua, che passeggiava, e questo fu avanti che andasse la prima volta a Bologna, ed avanti che li Cappuccini pigliassero il detto luogo.*

Juxta decimum septimum Interrogatorium interrogatus respondit: Io so che detto Signor Cardinale era solito dare ordini a bocca al detto Signor D. Luca Antonio nelli negozj che io ho detto di sopra.

Sequitur aliud Interrogatorium.

Die septima Septembris 1634. continuatum fuit examen supradicti Domini Testis, qui dixit, & deposuit prout infra videlicet.

Juxta decimum nonum Interrogatorium interrogatus respondit. Io non so altro, se non come ho detto di sopra, che il Signor Cardinale ordinò presente D Luca ch' *io dovessi vedere una casaccia vecchia che era vicino alla Chiesa di S. Isidoro per farne là pianta, siccome io feci, che voleva servirsene per fare il Collegio per gl' Ibernesi*, e D. Luca venne con me d' ordine del suddetto Signor Cardinale, siccome di sopra

pra si è detto, & propterea non fuit amplius interrogatus super hoc interrogatorium.

Num. 8.
Particola estratta dalla Vita del P. Wadingo premessa a' suoi Annali.

.... Propter quod opus magnæ multorum congratulationes, & applausus facti sunt Lucæ præsertim per Prælatos Hiberniæ, ex quibus Thomas Valesius Archiepiscopus Cassel iensis inter alia scribit hæc verba: *Audire ex Vestra Paternitate meliora nova non poteram quam de fundatione Seminarii, & ejus dispositione in Collegio S. Isidori. Spero fore sanctam æmulationem inter ipsum, & alia nostrorum Seminaria, quæ curæ Societatis incumbunt. Per vulnera Dei curet V. P., ut crescat, & stabiliatur Opus, & prosperum successum nobis promittit quod sit filiatio S. Isidori.*

BEATISSIMO PADRE.

Num. 9.
Supplica de' PP. di s. Isidoro a Urbano VIII., acciocchè si degni di persistere nella risoluzione di far giudicare la Causa tra essi PP., e i Gesuiti dalla deputata Congregazione particolare.

AVendo V. S. deputati quattro Cardinali della Congregazione Propagandæ Fidei, cioè Bentivoglio, Spada, Gaetano, e Ginetti, e tre Prelati, Monsignor Maraldo, Paolucci, e Datario, tutti omni exceptione majores, per vedere la controversia del Seminario Ibernese fra li Padri Gesuiti, e li Religiosi di s. Isidoro, non vogliono detti PP. Gesuiti informare, e procurano di persuadere a V. S, e ad altri, che li Signori Cardinali non vogliono accettar detta Deputazione, essendo ciò onninamente contrario; poichè tutti s'esibiscono attualmente di fare la Congregazione ad ogni tempo ed ora, che li detti PP. vorranno. Ma vorriano così sfuggir l' integrità di tali, e tanti Cardinali, e Prelati, trattando di metter la Cau-

Cauſa in Rota, dove avranno loro vantaggi notabili, nè ſi potrà combattere con armi uguali di ſpeſe, di Avvocati, e Procuratori, che hanno dentro, e fuori di caſa in abbondanza. Non avendo all' incontro i Frati di S. Iſidoro a chi ricorrere per le ſpeſe, nè altra perſona, che poſſa difendere, e mantenere la loro Cauſa, e giuſtizia, eccetto il P. Fr. Luca, il quale ſi trova tanto occupato con l' officio, che attualmente eſercita in queſta Curia, e varj negozj della Religione, che difficilmente potrebbe attendere a tante fatiche, e continue Informazioni, che ſi richiedono in ſomiglianti Cauſe Rotali. Oltrechè con ogni riverenza ſi mette in conſiderazione a VOSTRA SANTITA' di quanto pregiudizio ſarebbe per il povero Seminario queſta lite: poſciachè certa coſa ſarìa, che venendo il Seminario in mano dei PP. Geſuiti, vorranno rinfrancarſi delle ſpeſe fatte con quella piccola entrata, che tiene il Collegio. Pertanto ſi ſupplica umilmente VOSTRA SANTITA', che voglia reſtar ſervita di perſiſtere nella prima Deputazione dei Signori Cardinali, e Prelati, acciò uno intuitu, e con ſoddisfazione dell' una, e l'altra parte veggano queſta cauſa, e ſenza ſpeſa, o ſtrepito ſi poſſa tandem aliquando terminare. Che il tutto ſi riceverà à favore, e grazia ſingolare da V. S., Quam Deus &c.

BEATISSIME PATER.

Num. 10. *Supplica degli Alunni Iberneſi a Urbano VIII., ac-*

POST beatorum pedum oſcula. Quandoquidem Collegium Hibernorum in Urbe cura & ſolertia PP. Franciſcanorum ſtrictioris Obſer-

ciocchè non permetta, che il governo del Collegio sia tolto a' PP. di S. Isidoro, e dato ad altri.

servantiæ apud Sanctum Isidorum inceperit; creverit, & adoleverit, & iidem Patres nos magno nostro bono huc usque in litteris, & pietate laudabiliter educaverint: cumque minori sumptu ex multiplici subsidio vicini Cœnobii S. Isidori plures sustentari possint Alumni, neque tempus terere oporteat accedendo ad scholas longinquas, Nos infrascripti prædicti Collegii Alumni ad VESTRÆ SANCTITATIS pedes pervoluti humiliter supplicamus, ut VESTRA BEATITUDO non permittat regimen prædicti Collegii ad alios transferri. Plures aliæ suppetunt rationes, quas ne VESTRÆ SANCTITATI pariamus tædium, reticemus. D. O. M. VESTRAM SANCTITATEM diù servet incolumem.

Sequuntur nomina 7. Alumnorum, quæ omittuntur.

Num. 11.
Sentenza Rotale a favore de' PP. Gesuiti contro il Principe Ludovisi, e i PP. di S. Isidoro.

Sententia lata 19. Jannarii 1635. in Causa Romana Collegii.

Christi Nomine Invocato pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes. Per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Coauditorum nostrorum consilio, & assensu ferimus in his scriptis in Causa, sive Causis coram Nobis in prima, seu alia veriori instantia verten. inter Ven. Patres Præpositum Generalem, Assistentes Societatis Jesu, eandemque Societatem Actores ex una, & Excellentissimum Dominum Nicolaum Ludovisium Principem Venusiæ germanum fratrem, & hæredem qu. bo: me: Eminentissimi Domini Cardinalis Ludovisii, nec non Priorem, seu Guardianum, Fratres, & Conventum Sancti Isidori de Urbe Religionis S. Fran-

S.Francisci de Observantia, & R.P.Fratrem Lucam Wadingum ejusdem Religionis Reos Conventos partibus ex altera, de & super executione piæ voluntatis, ac Testamentariæ dispositionis ejusdem Domini Cardinalis Ludovisii circa Collegium Alumnorum Hyberniæ, illiusque curam, & gubernium, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis; Dicimus, pronunciamus, & declaramus, sententiamus, ac decernimus, voluntatem, ac testamentariam dispositionem ejusdem Domini Cardinalis Ludovisii circa dictum Collegium Hyberniæ fuisse, & esse observandam, & exequendam, curamque, gubernium, & administrationem præfati Collegii, illiusque bonorum omnium eidem Collegio quomodolibet assignatorum spectasse, & spectare ad Ven. Societatem Jesu, cujus fidei, & curæ per ipsum Dominum Cardinalem in dicto ejus Testamento commissa, & tradita fuit, ipsamque Societatem, ac illius Reverendissimum Patrem Præpositum Generalem, & illius Procuratorem Generalem pro dicta Societate immittendum, ac imponen. fore, & esse in realem, & actualem possessionem administrationis, curæ, & gubernii dicti Collegii, ac ipsius bonorum omnium ubilibet existentium una cum juribus, & pertinentiis quibuscumque, & sic immissum manutenen., & alias quomodolibet necessarium, & opportunum mandatum decernendum, & relaxandum fore, & esse, prout decernimus & relaxamus, molestationes, vexationes, & impedimenta quæcumque illatas, & illata fuisse injustas, & injusta, ac de facto

L fa-

factas, & facta &c. super quibus perpetuum silentium imponendum fore, & esse prout imponimus, expensas in causa factas ex causis animum nostrum moventibus remittendo, & ita dicimus &c. non solum prædicto sed omni alio meliori modo &c.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Num. 12.
Ricorso degli Alunni Ibernesi al Principe Ludovisi acciocchè ponga rimedio a' disordini del Collegio, e a' cattivi trattamenti, ch' essi ricevono dal Rettore.

GLI Alunni del Collegio Ludovisiano rappresentano a V.Eccellenza lo stato compassionevole in cui si trovano a motivo del governo del presente P. Rettore Giambattista Rossi, il quale è tale, che direttamente è opposto al fine della fondazione di detto Collegio, e buone intenzioni di Vostra Eccellenza, imperciocchè l'inquietudine di animo dei giovani cagionata dalla di lui indiscrezione non li permette applicarsi alla virtù, e allo studio, come da molte cose particolari, quali siamo pronti mostrare, possiam provare. Uno dei Giovani più modesti del Collegio (come tutti gli alunni possono attestare) dalle sue tiranniche penitenze, e minaccie, diventò pazzo. In generale asseriamo a Vostra Eccellenza, che la massima parte delle nostre confessioni è concernente le azioni di quest' uomo, le quali sono tali, che temiamo, che ci obbligheranno a fare ciò che non abbiamo mai avuto intenzione di fare contro persone Religiose. Per evitare tali inconvenienti ricorriamo all' Eccellenza Vostra, come Padrone del Collegio, e perchè non siamo uditi da' Superiori della Compagnia, i quali ora vogliono spalleggiare questo P. Rettore appunto perchè si sono messi nell' impegno, e ciò a gran nostro dan-

danno. Se Vostra Eccellenza dubita di quel che le presentiamo, costantemente imploriamo che si degni nominare qualche persona imparziale, che non abbia dipendenza dai Padri della Compagnia, per essere informata della nostra causa, ed esaminarla, o almeno la supplichiamo ad ottenere un Visitatore Apostolico, al quale con confidenza, e senza timore possiamo esporre le nostre doglianze. A chiunque di questi manifesteremo più cose particolari, di quel che V. E. ha tempo di udirne, e tali che moveranno qualunque cuore cristiano a pietà del nostro stato. Vedendo adunque Vostra Eccellenza sì inclinata a favorire la nostra nazione, e la mutazione di quest' uomo sì necessaria per il fine del Collegio, umilmente desideriamo, che vi si metta in luogo suo un Rettore dotato di prudenza, e carità, il che si può fare senza detrimento della sua fama, e perchè le sue azioni, e maniera di procedere è pubblica, come anche perchè questa mutazione è necessaria (come attestano i Medici) per ricuperare la sua salute ridotta a pessimo stato dal suo collerico cattivo naturale, argomento evidente d' un uomo insopportabile, che non può aver pace nè meno con se stesso.

BEATISSIMO PADRE.

Num. 13. *Supplica del Principe Ludovisi a Innocenzo X. per far esprimere nel Breve del Juspatronato del Collegio*

IL Principe Ludovisio espone umilmente alla SANTITA' VOSTRA, che gli è stato rimesso da VOSTRA BEATITUDINE un Memoriale, nel quale li poveri d' Hibernia supplicano, che si dichiari, che il Collegio di quella nazione fondato, e dotato dalla bo: me: del Signor Cardinal Lu-

Ibernese gli atti, che dovranno competere al Padrone, e gli obblighi degli Alunni.

dovisi, sia Patronato di esso Oratore, a fine che il detto Collegio venga meglio governato con speranza, che vi si possa alimentare maggior numero di Alunni di quello, che al presente vi si alimenta, e come al principio si è introdotto, e la SANTITA' VOSTRA con la sua pietà, e buona giustizia ha condiscesò alle istanze statégli fatte, e ordinato a Monsignor Maraldo, che ne spedisca il Breve. E perchè, BEATISSIMO PADRE, esso Oratore per conseguire detto fine del buon governo del Collegio, crede che gioverebbe assai esprimere in detto Breve gli atti, che gli competono, così come a Padrone circa la nominazione de' soggetti, Rettore, ed altri, come circa gli obblighi degli alunni, conforme all' uso degli altri Collegj d'oltramontani, e d'oltramarini, ardisce di supplicare la SANTITA' VOSTRA a degnarsi d'ordinare a chi parerà a VOSTRA BEATITUDINE, che si considerino tutte le cose convenienti a detto fine per inserirle in d.° Breve, se saranno dalla SANTITA' VOSTRA approvate &c. quam Deus &c.

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Num. 14. *Breve d' Innocenzo X. in cui il Collegio Ibernese si dichiara essere di Padronato del Principe Ludovisi, e de' suoi discendenti, ed Eredi.*

INscrutabilis Divinæ Providentiæ Altitudo, a qua bona opera cuncta procedunt, ea Fidelium suorum animis quandoque suggerit, quæ ad Collegiorum institutionem ac pauperum studiis litterarum incumbere volentium manutentionem noscuntur pertinere. Unde nos, quibus ab eadem Providentia militantis Ecclesiæ regimen est commissum, ipsorum fidelium, præsertim S. R. E. Cardinalium, pias vo-

voluntates ad id tendentes, ut votivos sortiantur effectus, Apostolici favoris suffragio libenter prosequimur, ac desuper officii nostri partes interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque sicut accepimus bon. mem. Ludovicus S. R. E. Cardinalis Ludovisius nuncupatus pro egregia sua in Deum pietate, & in proximorum charitate, ut Juvenes Catholico ex Regno Hiberniæ inter cæteras Orbis Provincias olim Orthodoxæ Religionis cultu, sinceraque erga Romanos Pontifices, & hanc Sanctam Sedem obedientia in primis conspicuo, nunc autem (proh dolor!) hæretica labe partim infecto, Romam tanquam ad communem Christianorum matrem, Patria, parentibus, bonisque relictis, auxilii & instructionis causa confugientes, honeste recipi & sustentari, ac humanis, divinisque litteris probe instrui possent, ut pietate, doctrina, moribusque Catholicis imbuti in patriam ad conterraneos suos in viam salutis, a qua Diaboli seductione misere aberrant, verbo, & exemplo reducendos, revertantur; Unum collegium pro alendis Juvenibus Hibernis hujusmodi in Urbe prædicta ex propriis suis bonis, & facultatibus fundaverit, & abunde dotaverit. Nos felici ejusdem Collegii statui, illiusque Alumnorum gubernio, & directioni, quantum cum Domino possumus consulere, ac dilectum filium nobilem Virum Nicolaum Ludovisium Principem Plumbini, & Venusiæ. dilectæ in Christo filiæ nobilis Mulieris Constantiæ Pamphiliæ nostræ secundum carnem ex fratre germano Neptis conjugem, prædicti Ludovici

vici Cardinalis fratrem germanum, & hæredem universalem eximiorum ejus in Nos, & Sedem prædictam meritorum intuitu, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, idem Collegium a dicto Ludovico Cardinale fundatum, & dotatum, ut præmittitur, esse, & perpetuo fore de Jurepatronatus prædicti Nicolai Principis, ejusque Descendentium per lineam masculinam, de primogenito in primogenitum, seu illum qui in jura primogenituræ hujusmodi successerit, & in defectu lineæ masculinæ descendentium ejusdem Nicolai Principis, per lineam fæmininam, eaque etiam deficiente, suorum hæredum, & successorum quorumcumque, ac Juspatronatus hujusmodi illis ex primæva, integra & omnimoda fundatione, & dotatione de bonis hæreditariis dicti Ludovici Cardinalis mere patrimonialibus facta competere, itaut ad ipsum Nicolaum Principem, & alios prædictos servato ordine supra expresso tanquam veros, & indubitatos Patronos ejusdem Collegii jus nominandi omnes & singulos alumnos, qualitatibus infrascriptis præditos, qui à pro tempore existente Rectore dicti Collegii sine ulla tergiver-

A
Diritti, che competono al Padrone.

versatione admitti, & recipi omnino debeant privative quoad quosvis alios, quocumque jure suffultos spectet, & pertineat, tenore præsentium decernimus, & declaramus, & quatenus opus foret, eidem Nicolao Principi, & aliis prædictis Juspatronatus, & nominandi alumnos hujusmodi reservamus; hortamurque in Domino ipsum Nicolaum Principem, & ejus Descendentes & successores prædictos, quatenus in eam curam sedulo incumbant, ut voluntas dicti Ludovici Cardinalis hac in re quam exactissime servetur, ipsique in eventum gravis scandali possint, e dicto Collegio dimittere, & amovere illos alumnos, qui scandalo hujusmodi causam præbuerint; curent insuper ut in eodem Collegio tot alumni manuteneantur, quot ex dote per dictum Ludovicum assignata honeste educari poterunt. Porro omnes, & singulos alumnos in dictum Collegium pro tempore recipiendos sequentibus qualitatibus præditos esse, & infrascripta requisita omnino habere volumus, videlicet ut ex dicto Regno Hyberniæ a parentibus Catholicis, & ex legitimo matrimonio nati, bonæque conditionis, & famæ sint, fidem authenticam Baptismi ab eis suscepti deferant, Catholicæque fidei, in qua nati sunt, cultores semper extiterint; curam animarum non habeant, mente & corpore sani, lingua expediti, facie decori, & ingenio ad Philosophiæ, & Theologiæ studia apto existant, neque Monachi, neque Religiosi, minusque Apostatæ fuerint, ætatem sexdecim annorum excedant, humaniorum litterarum, & grammaticæ studiis incubuerint; Præterea ut

B
Qualità, che debbono avere i giovani da ammettersi nel Collegio.

C
Obblighi degli Alunni.

ut in dicto Collegio Theologiæ, & Philosophiæ, ac Græcis, Hæbraicisque litteris pro uniuscujusque captu dent operam, nec non in devotione, & pietate, cantibusque, & ceremoniis Ecclesiasticis, prout melius ipsi Rectori visum fuerit, se exerceant; Teneantur quoque præstare singuli in eorum in Collegium prædictum admissione, Juramentum de perseverando in vita Ecclesiastica, seque finitis studiis, ac etiam ante illorum finem, si ita suis superioribus videbitur, in patriam prompto alacrique animo redituros, ut inibi procurandæ animarum saluti sedulo vacent, quodque Sacros, etiam Presbyteratus, Ordines suscipiant quandocumque a suis superioribus jussi fuerint; victu item communi sibi a dicto collegio subministrando, nec non forma, & qualitate vestium sibi præscribenda alumni prædicti contenti esse debeant, regulasque, seu constitutiones, & ordines ejusdem collegii adamussim observent, seque illarum interpretationi a superioribus faciendæ submittant, & conforment; omnem vero pecuniam quam secum in sua ad Collegium hujusmodi receptione afferent deponere pænes Æconomum dicti Collegii, ut cum eos in Patriam reverti contigerit, ipsis pro Viatico, ac vestibus inserviant, nec in alios usus illam convertere possint. Insuper ipsum Collegium, ac illius pro tempore existentes Alumnos, Æconomos, Officiales, & Ministros, ac personas, eorum res & bona mobilia & immobilia præsentia, & futura cujuscumque quantitatis, qualitatis, generis, & speciei existentia ab omni & quacumque nunc & pro tempore existentium

D
Esenzione del Collegio, e delle sue pertinenze da qualunque giurisdizione, e sua immediata soggezione al Romano Pontefice.

tium dictæ Urbis Gubernatoris, Senatoris, Conservatorum, Reformatoris, Rectoris Universitatis studii generalis ejusdem Urbis, Ordinariorum locorum, ac nostri & Romani Pontificis pro tempore existentis in eadem Urbe, & illius districtu Vicarii in spiritualibus generalis, nec non Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, & quorumcumque nostrorum, & Sedis Apostolicæ Legatorum, ac Vicelegatorum, nec non quarumcumque aliarum personarum ubilibet constitutarum, quavis authoritate & potestate, ac dignitate, tam Ecclesiastica, quam mundana, etiam Cardinalatus fungen. & Tribunalium quorumlibet Visitatione, Correctione, Jurisdictione, dominio, superioritate, & potestate perpetuo eximimus, & liberamus, ac sub nostra & pro tempore existentis Romani Pontificis protectione suscipimus. Præterea omnibus & singulis Alumnis pro tempore existentibus Collegii hujusmodi ut etiam absque Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum, sed cum solis Rectoris ejusdem Collegii Testimonialibus litteris de eorum vita, moribus, & idoneitate, etiam absque titulo Beneficii Ecclesiastici, vel Patrimonii a quocumque quem maluerint Catholico Antistite gratiam, & Communionem Sedis Apostolicæ habente in sua Diæcesi residente, vel in aliena de Diæcesani loci licentia Pontificalia exercente, Clericali Charactere insigniri, ac ad quatuor minores etiam unico festivo, vel feriato, nec non ad sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines tribus Dominicis, seu aliis festivis continuis,

E
Privilegj degli Alunni.

nuis, vel interpolatis diebus etiam extra tempora ad id a jure ſtatuta, ac non ſervatis interſtitiis a Sacro Concilio Tridentino deſignatis, annique curriculo non expectato, etiamſi antequam de uno ad alterum Ordinem promoveantur in primo quoque ſuſcepto ordine ſe non exercuerint, dummodo ſint ætatis legitimæ, nullumque aliud eis canonicum obſtet impedimentum, ſervatiſque alias ſervandis; promoveri. & promoti in ſuſceptis ſic per eos ordinibus hujuſmodi in Altaris Miniſterio miniſtrare libere, & licitè poſſint, & valeant. Demum eiſdem Alumnis vere pænitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, in die eorum ingreſſus in prædictum Collegium, nec non in Articulo mortis conſtitutis, ſi pariter vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, vel ſaltem contriti nomen Jeſu ore ſi potuerint, ſin minus corde devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, ac remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus; utque in Paſchate prævia Sacramentali Confeſſione Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Cappella dicti Collegii ſumendo, præcepto Eccleſiæ ſatisfaciant indulgemus. Decernentes prædictas Litteras &c.

Sequuntur conſuetæ clauſulæ derogatoriæ, quæ omittuntur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 22. Maij 1647. Pontificatus noſtri Anno III.

M. Antonius Maraldus.

Ad-

Num. 15.
Protesta del P. Vincenzo Caraffa Generale della Compagnia di Gesù contro il sudetto Breve d' Innocenzo X.

Admodum R.P.Vincentius Carafa Præpositus Generalis Societatis Jesu, cum ad ejus aures pervenisset emanatum fuisse a S. D. N. Innocentio X. Breve quoddam sub Annulo Piscatoris ad favorem Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Nicolai Ludovisi Principis Venusiæ &c. In quo Collegium Hibernense alias fundatum ab Eminentissimo, ac Reverendissimo Domino Ludovico Ludovisi S. R. E. Cardinali, ac Societatis Jesu Curæ, & fidei commissum, ut constat ex ejus Testamento sub quo decessit, declaratur esse, & perpetuo fore de Jure Patronatus præfati Excellentissimi Principis, ejusque descendentium per lineam masculinam de primogenito in primogenitum, seu illorum, qui in Jura dictæ primogenituræ successerint, & ex defectu lineæ masculinæ descendentium ejusdem Excellentissimi Principis per lineam fæmininam, eaque etiam deficiente, suorum hæredum, & successorum quorumcumque, ac dictum Juspatronatus illis ex primæva, integra, & omnimoda fundatione, ac dotatione de Bonis hæreditariis dicti Excellentissimi Domini Cardinalis mere patrimonialibus facta, competere, itaut ad prædictum Excellentissimum Principem, & alios nominatos, servato ordine ut supra expresso, tamquam veros & indubitatos Patronos dicti Collegii Jus nominandi omnes, & singulos Alumnos privative quoad quosvis alios spectet, & pertineat. Cumque hæc omnia emanata fuerint, ipso penitus inaudito, nec vocato, seu alio de Societate; Volens quantum in se est indemnitati ejusdem Societatis providere; Sed cum hoc tempore tale

negotium ad Summum Pontificem, vel ad Judicum Tribunalia deducere pro bono Societatis non expediat. Hinc est quod dictus P. Præpositus Generalis coram infrascriptis Testibus, ac me Notario pro tuitione cujuscumque Juris Societatis, quod in dicto Collegio habet virtute præfati Testamenti, ad infrascriptam Protestationem devenit, videlicet. Ego Vincentius Carafa Præpositus Generalis Societatis Jesu, cum ad me præcipue spectet bona, jura, actiones, & res quascumque ad prædictam Societatem pertinen. defendere, tueri, & conservare; cumque ex supradicta concessione, & Brevi expedito ad favorem dicti Excellentissimi Principis, Societas magnum patiatur damnum, ac jus, quod in dicto Collegio habet, magnopere lædatur, ita ut nunc satisfaciendo conscientiæ meæ tenear coram Sanctissimo Domino Nostro Papa Innocentio, vel alio competente Judice proponere jura, ac rationes dictæ Societatis; sed quia certe scio ex hac Jurium propositione nihil me profecturum bono, & dictæ Societatis indemnitati: Idcirco ne per lapsum cujuscumque temporis dicta Jura coram quocumque Judice competente producenda perdantur, & ne pars exadverso ex meo silentio vigore dicti Brevis aliquod Jus, quod ante dictum Breve non habebat, acquireret, ad hanc protestationem devenio, facio, atque assero, mihi non convenire pro nunc deducere coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Decimo, vel alio competente Judice, Jura Societatis, quia in primis debeo petere Oris Aperitionem a Sanctissimo, a quo Breve fuit ema-

emanatum, & poſtea agere contra Excellentiſſimum Principem Ludoviſium conjugem Excellentiſſimæ Dominæ Conſtantiæ Pamphiliæ Nepotem Sanctiſſimi Domini Noſtri, ex quibus juſte timeo, quod rationes, & jura Societatis ſi proponerentur fortaſſe non conſiderarentur ſicut conſiderari deberent. Unde cum ex juſta cauſa ſim impeditus, & contra impeditum nulla tempora currant; ideo per hanc meam proteſtationem prædictæ Societati ſua jura, & rationes reſervo deducenda ſuo loco & tempore coram ſuo Judice competente; Et hæc omnia non ſolum facio ut expreſſa ſunt, ſed omni alio meliori modo, & forma &c. Quam proteſtationem coram infraſcriptis Teſtibus, & me Notario factam, & auditam in ſcriptis ſub meo rogitu redegi de ordine dicti Adm. R. P. Præpoſiti Generalis cum facultate conficiendi, ac extrahendi unum vel plura Inſtrumenta quando opus fuerit.

Actum Romæ in Vinea nuncupata Machai ſita penes Muros Civitatis ad Portam Piam Domus Probationis Societatis Jeſu s. Andreæ in Monte Quirinali die 25. Septembris 1647. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Innocentii X. anno quarto currente, præſentibus ibidem Admodum RR. PP. Thoma Reina Aſſiſtente pro Italia, Florentio Motmoranus Aſſiſtente pro Germania, Petro de Mendoza Aſſiſtente pro Hiſpania, Nunnio de Acunha Aſſiſtente pro Luſitania, & Ludovico Bompianio Secretario Religionis Societatis Jeſu Teſtibus rogatis &c,

Vincentius Caraſa affirmo ut ſupra &c.

Ego

Ego Pyrrus Gherardus Procurator Generalis Societatis Jesu, ac Notarius creatus ab Adm. R. P. Noſtro Vincentio Caraſa Præpoſito Generali dictæ Societatis, ut conſtat ex litteris patentibus, de his omnibus rogatus fui. Ideo in fide me ſubſcripſi, quamvis aliis præoccupatus negotiis aliena manu ſcribere feci, & ſignum mei Notariatus appoſui &c.

† IHS.

= Foris = Proteſtatio P. Vincentii Caraſæ contra Breve Innocentii X. factum in favorem Principis Ludoviſii pro eligendis Alumnis.

In Nomine Domini Amen.

Fidem facio per præſentes ego Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Notarius publicus infraſcriptus, qualiter ſub infraſcripta die præſens copia proteſtationis exemplata & extracta fuit ex ſuo originali exiſten. in archivio ſecreto Ven. Societatis Jeſu in Domo profeſſa de Urbe ejuſdem Societatis, ex loculo ſignato littera L. C. 6. extracta a R. P. Gabriele Comolli Secretario dictæ Societatis, & per eumdem mihi Notario ad hunc effectum exhibito, eique exhibenti poſtea reſtituto, cum quo originali, prout ab eo patet, facta per me &c. fideli & diligenti auſcultatione & collatione de verbo ad verbum in omnibus, & per omnia concordare inveni (ſalva ſemper &c.). In quorum fidem hoc præſens tranſumptationis documentum feci requiſitus &c. Romæ hac die 22. Junii 1771.

Ita

Ita est Valentinus Pulcius Cauf.Cur.Cam.Apost. Notarius.

Loco ✠ Signi.

Romana Collegii

Num. 16.
Supplica del P. Generale, e del Procurator generale della Compagnia di Gesù al Sommo Pontefice Alessandro VII. per l' Apertitione Oris contro il Breve d'Innocenzo X.

Beatissime Pater. EXponunt humiliter S. V. moderni Præpofirus, & Procurator Generalis Societatis Jesu devoti ejusdem S. V. Oratores: Quod etiamsi die 19. Januarii 1635. seu alio veriori tempore inter tunc existentem Præpositum Generalem, Assistentes ejusdem Societatis Jesu, eandemque Societatem actores ex una, & Nicolaum Ludovisium Principem Venusiæ germanum fratrem, & hæredem bon. memor. Cardinalis Ludovisii, nec non Guardianum, Fratres, & Conventum Sancti Isidori de Urbe Ordinis Sancti Francisci, & quondam Fratrem Lucam Wadinghum ejusdem Ordinis reos conventos partibus ex altera, de & super executione piæ voluntatis, ac testamentariæ dispositionis dicti Cardinalis circa Collegium Alumnorum Hyberniæ, illiusque curam, & gubernium, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis emanaverit Rotalis Sententia, qua dictum, pronunciatum, sententiatum, decretum, & declaratum fuit, voluntatem & testamentariam dispositionem ejusdem Cardinalis circa dictum Collegium fuisse & esse observandam, & exequendam, curamque, gubernium, & administrationem prædicti Collegii, illiusque bonorum omnium eidem Collegio quomodolibet assignatorum spectasse, & spectare ad dictam Socie-

ta-

tatem, cujus fidei, & curæ per ipſum Cardinalem in ejus Teſtamento commiſſa, & tradita fuit, ipſamque Societatem, ac illius Præpoſitum Generalem, & illius Procuratorem Generalem, pro dicta Societate immittendum, & imponendum fore & eſſe in realem, & actualem poſſeſſionem adminiſtrationis, curæ, & gubernii dicti Collegii, ac ipſius bonorum omnium ubilibet exiſtentium una cum juribus, & pertinentiis quibuſcumque, & ſic immiſſum manutenendum, mandatumque de immittendo, & manutenendo, ac alias quomodolibet neceſſarium, & opportunum decernendum, & relaxandum fore & eſſe, moleſtationeſque, vexationes, & impedimenta quæcumque illatas, & illata fuiſſe injuſtas & injuſta, ac de facto factas, & facta; nec non ſuper illis perpetuum ſilentium imponendum fore & eſſe prout impoſitum fuit, ut latius in dicta ſententia continetur, ad quam &c. Nihilominus de anno 1647. ſeu etiam alio veriori tempore fel. rec. Innocentius Papa Decimus Prædeceſſor S. V. ad favorem dicti Principis Nicolai ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque conceſſit præinſertum Breve motu proprio cum mari magno clauſularum, indultorum, & decretorum extravagantium, exorbitantium, & inſolitorum, nulla tamen facta mentione litis, minuſque Sententiæ ſupradictæ, & rei judicatæ ex ea reſultan.; Ideo Oratores prædicti ſupplicant S. V., quatenus prævia oris aperitione, & reductione dicti Brevis ad viam, ſeu terminos juris, dignetur cauſam, & cauſas declarationis nullitatis dicti Brevis, & defectus intentionis ejuſ-

ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris, ac quam &
quas ipſi Oratores ſuper præmiſſis contra prædictum Nicolaum Principem, omneſque alios
ſua intereſſe putantes, habent & movent, habereque, & movere volunt, & intendunt cum
omnibus ſuis inciden. dependen., emergen.,
annexis, & connexis, totoque negotio principali alicui ex dictæ Rotæ Auditoribus appellatione, reſtitutione, & recurſu remotis audien. & deciden. committere, & mandare,
cum facultate citandi dictum Nicolaum Principem, omneſque alios etiam per edictum publicum, conſtito de non tuto acceſſu, eiſque,
& quibus opus fuerit inhibendi ſub ſententiis,
cenſuris & pœnis etiam pecuniariis, contradictores in illas incidiſſe ſervata forma Concilii Tridentini, declaran., gravan., & regravan., nec non eoſdem Oratores in primis &
ante omnia manutenen., ac attentata, & innovata quæcumque prout juris fuerit revocan.; Cæteraque in præmiſſis neceſſaria, &
opportuna facien., exercen., & exequen. non
obſtantibus præmiſſis, ac clauſulis, decretis,
& indultis dicti Brevis, nec non Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque
contrariis quibuſcumque, quorum tenores, &
ſtatum pro plene, & ſufficienter &c.

Num. 17.
Memoriale degli Alunni Iberneſi al Card. Imperiali con le ragioni, che provano, quanto dannoſa foſſe al Collegio la vea-

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine.

Alumni Collegii Ludoviſiani Hybernorum de Urbe ad pedes Veſtros proſtrati humiliter oſtendunt, quod Illuſtriſſimus Dominus de Vico frequenter petit Summarium unde poſſit formare ſuum judicium circa noſtras

N que-

dita della vigna di Castel Gandolfo.

querimonias. Verum cum consideraverit quod juris simus imperiti, litibus non assueti, imo ingenio tenues & parvuli, vix posset desiderare a nobis causas in forma juris digestas, aut ita elaboratas, ut statim convincant. Vulnera nostra (& quæ non nostra tantum, sed etiam nationis) nude & aperte ostendimus; medicinam imploramus ex summa vestra clementia erogatam. Vos constituit Judices Sanctissimus Dominus Noster, & nos speramus non tantum Judices, sed & simul Advocatos in personis vestris reperire; præsertim in procurando restitutionem amissorum Collegii bonorum, in quantum justitia permittit.

Verum reponit Illustrissimus Dominus de Vico illa bona esse bene vendita, præsertim vineam, utpote quæ tunc inculta & eremus erat. Quod nos, uti sæculares possunt, non potuissemus ei curam adhibere. Quod justo pretio vendita &c. In his, Eminentissime, audimus, non vocem Jacob, sed & vocem, & manus Esau: nam hæc ab Illustrissimo Domino de Vico non excogitata, sed ab aliis suggesta, præsertim a certa quadam persona nimis in hac materia nobis nota, quæ sæpe ad nos ipsos hos habuit sermones: & quæ indigne se Advocatum præbet pro PP. JJ. quasi impares ipsi essent ad se defendendos: aut quod carerent satis artis, & industriæ ad prosternendos inermes, inopes, & imbecilles, uti nos sumus. Sed videbit dignus ille Advocatus quas gratias inde metet, præsertim ab Episcopis Hyberniæ, qui brevi certiores facti erunt de his nostris rebus.

Quod

Quod ad venditionem vineæ ſpectat; qua umbra veritatis poſſunt PP. JJ. dicere vineam ſummi Principis, & eximii Cardinalis divitiis affluentis, famulatu ſervorum potentis, ſitam in prædivite terra, generoſum vinum præbentem, jacere incultam & deſertam? eſt ne credibile quod aliquis prudens, & ſanæ mentis vineam intus incultam, & deſertam, foris vallo aut muro tanti laboris & impenſæ circumdaret? Vineam, inquam, in tam ameno loco ſitam, in loco ruſticationis ipſius Summi Pontificis, & etiam Cardinalis, qui ad eum finem domum ibi erexit, quæ non potuit multo minus valere, quam pretium datum pro domo, vinea, & omnibus?

Inſuper parva, quam poſſidemus, vinea cum ejus domo, quæ tunc, uti nunc, non ſatis culta, & quæ ſexties ad minus minor eſt quam altera, empta tamen non ſit minori pretio quam bis mille ſcutis; bene ergo ſequitur quod prior valebat ad minus duodecim mille ſcuta. Illam vineam & domum legavit nobis moriens Fundator præter ſtatutum cenſum annuum, unde Collegio impenſæ eſſe non potuit, quippe quæ pro omni caſu ſibi ſufficiebat ad ſolvendas ſuas impenſas.

Gratis dicitur quod nos Alumni non potuiſſemus de ea curam habere. Si enim hæc ratio valeret, cur præſens noſtra vinea non venditur? Cur vineæ Anglorum, & Scotorum, ex quibus annue multum lucratur, non venduntur? hi enim per ſe de his curam non habent. Ad quid domi fratrem laicum habemus? nonne potuit aliquoties vineam

invisere ? Certe Sanctissimus Dominus Noster de venditione illius vineæ admonitus, illam tam parvi non fecit, ac facit Advocatus P. Rectoris: sed dixit, verum esse, quod PP. JJ. aliquantulum perfecerunt vineam istam, nostris tamen impensis, nec discredidit, imo Sanctitas Sua sponte affirmavit, melius esse cum Scotis, & Anglis quam nobiscum.

Dicunt præterea PP. JJ. idcirco vineam illam venditam esse, ut debito Collegii satisfiat. Sed quærimus, cur hoc debitum contractum ? comparando nimirum hanc præclaram domum, quæ quantum apta Collegio omnes vident. Cur, quæso, priorem domum vendiderunt ? num cedit huic situ, aeris hilaritate, aut in ulla commoditate alia desideranda ad Collegium ? certe non cedit, sed superat; nec longius distat a Collegio Romano quam hæc præsens nostra domus. Nec ejus vicinatio ad Collegium s. Isidori obesse potuit; nam illic, uti hic, clausas tenere portas poterant Superiores, ne nimirum Alumni intempestivis visitationibus Religiosorum gravarentur; nec eos illic minus vigilantes futuros fuisse supra nos supponi possit quam hic, quare palam apparet priorem domum ex industria vili pretio esse venditam, hanc vero tam carò emptam, ut daretur locus venditioni illius vineæ.

Unum porro quærimus a PP. JJ. cur unus Rector octo Alumnos alit in Collegio, alter tres aut quatuor, tertius quinque aut sex ? unde provenit hæc incertitudo numeri Alumnorum, cum redditus Collegii fixi, & stabi-
les

les ſint? Nec dicant fructum incertum. Nam quod unus præſtat, cur non alius, cum eadem ſint media? Saltem fructus nummorum non erat minor in hujus Rectoris tempore, quam in ejus prædeceſſoris; tamen ille ſeptem Alumnos habuit in Collegio, & octavum recepit, præſens vero tantum quinque aut ſex. Inſuper quærimus cur cenſus annuus Collegii venditus, certus pro incerto, & hoc invito Nepote Cardinalis Fundatoris? cur in noſtra ſola cauſa PP. JJ. fuerint tam improvidi, ut non poſſent prævidere fructum nummorum dependere a Principis voluntate, & ſic per illam venditionem ſubire periculum diminutionis? certe non ſic rebus proſpicerent ſuis.

Tandem quærimus qua authoritate hæ alienationes factæ ſint, cum domini non erant, ſaltem ſubſtantiæ, ſed Adminiſtratores? An conſenſum habuerint ad has omnes, vel Summi Pontificis, vel Sac. Congregationis, vel tandem Epiſcoporum Hyberniæ? ſine horum enim conſenſu, vel alterutrius ejuſmodi alienationes cenſendæ ſunt invalidæ. Epiſcoporum certe conſenſum non habuerunt: nam præterquamquod hoc aliunde conſtat, ipſe præſens Rector chartulas ad venditionem vineæ ſpectantes aliquibus noſtrum oſtendebat, quibus ſubſcripſerunt duo vel tres tantum Hyberni tunc Romæ degentes in nulla poteſtate conſtituti, nec ulla authoritate a Clero nationis accepta.

Sed interponit facundus Advocatus PP. JJ. qui ſumus nos, qui talia moliremur? filii nimirum nautarum aut piſcatorum. Aut num

præ-

prætendimus prudentiores esse aut zelantiores prædecessoribus nostris ? Sed nos potiori jure possumus illum interrogare, quis ille sit, qui se immisceat non vocatus rebus nostris ? aut num ille prudentior aliis multis RR. PP. Nationis nostræ, qui hac super re silentium servant ? pariter interroget R. D. Archiepiscopum Armachanum, qui cum aliis Episcopis admonuit Sanctissimum Dominum Nostrum de mala administratione hujus Collegii, num ille prudentior suis Antecessoribus ? Interim

Respondemus nos esse Alumnos Collegii Ludovisiani astrictos subire non tantum munia domestica Collegii, sed etiam non leve onus Missionis inter feros, & implacabiles fidei Orthodoxæ hostes, quare prætendimus jura nostra debere ita nobis servari, ut nec auferantur bona a piissimo Fundatore relicta ad illud sanctum opus Missionis promovendum ; & redditus Collegii ita administrari, ut servetur æqualitas juxta gravitatem oneris in quantum prædicti redditus permittunt.

Quærimus nunc ab Advocato nostro, num hæc hactenus servata, aut utrum nunc serventur ? si dicet quod ita quoad primum, clamant contra præfatæ alienationes bonorum, omissis rebus levioribus. Secundum plane nescit, utpote qui tantum ab aliquot mensibus Romæ versatur, & nunquam præsens transactis in Collegio nostro, nisi forte eorum aliquam notitiam habeat ex relatione P. Rectoris, qui tamen nulli diceret, quod sibi obesset. Et si nos silentium illud obsequiosum, quod in prædecessoribus nostris laudat, servaremus ;

remus ; quid de parva noſtra vinea fieret , quam omni arte ſtuduerunt Superiores noſtri vendere ? quid de Collegio fieret tot novis obruto ſtatutis in una ſeptimana ? ad quem paſſum ſervitutis tandem pervenirent Alumni ? nihil de jure illis deberi , nullam conſuetudinem ſervari , ſed omnia quaſi ex charitate a PP. JJ. mendicari .

Risp. Supposizione calunniosa, che deve esser giustizia di chi spetta il misurarne la pena, che merita sì questa, come tutte le altre falsità calunniose.

D

34. Tutta l' amministrazione si trova in confusione come dal foglio separato.

Risp. *Se s' intende di confusione nell' amministrazione del presente Rettore si desidera sapere qual sia*. Intanto Ignazio Maria Petrelli odierno Rettore del Collegio Ibernese all' Eminentissimo Sig. Card. Marefoschi odierno Visitatore, e all' Illustrissimo Monsignore Serfale Convisitarore del suddetto Collegio fa istanza rispettosamente, ma insieme col più sensato sentimento, e colle maggiori espressioni di formalità, che li venga fatta giustizia, e li sia data la debita sodisfazione di tutte le suddette falsità, e calunnie apposteli dalli Alunni del Collegio Ibernese.

Num. 41. *Formola del giuramento, che si doveva fare dagli Alunni nella loro ammissione in Collegio*.

Ego N. N. Collegii Hibernorum de Urbe Alumnus, considerans Divina erga me beneficia, & illud in primis, quod me ex patria Hæresi laborante eduxit, & Ecclesiæ suæ Catholicæ membrum effecit, cupiensque tantæ Dei misericordiæ non penitus me ingratum præbere, statui totum me Divino ejus famulatui, in quantum possum pro fine hujus Collegii assequendo offerre, & promitto ac juro Omnipotenti Deo, me suo tempore sacros Ordines suscepturum, & in Hiberniam ad proximorum Animas lucrandas, sine mora postquam ex hoc Collegio discessero reversurum, *nisi Præpositus vel Vicarius Generalis Societatis Jesu pro tempore differendum id in Domino judicaverit*. Interim vero dum hic vivo, promitto, me quiete, & pacifice victurum, & Collegii Constitutiones, regulasque pro meo virili observaturum . . . Romæ die . . . Anno . . .

Ego

Ego infrascriptus Collegii Hibernorum de Urbe Alumnus, ante admissionem legi regulas omnes ejusdem Collegii, & in particulari Regulam secundam Capitis primi: & clare intellexi nullum a Collegio Viaticum in discessu mihi deberi: & juratus promitto me nullum hujusmodi Viaticum tanquam jure quocumque mihi debitum, aliquando postulaturum. In cujus rei fidem hisce subscripsi die . . . mensis . . . Anno . . .

A
Formola d'altro giuramento che si faceva da' Giovani prima d'essere ammessi nel numero degli Alunni.

Adm. R. P. Goswinus Præpositus Generalis Societatis statuit formulam prædictam singulis admittendis in Collegium, antequam admittantur, esse proponendam, & neminem sine ea suscepta, & propria manu subscripta, in Alumnorum numerum esse admittendum. Romæ 25. Maij 1659.

BEATISSIMO PADRE

IL Clero secolare del Regno d'Ibernia espone umilmente alla SANTITA' VOSTRA, come in tutti i tempi, e particolarmente nelle presenti congiunture ha gran necessità di persone che attendano con zelo alla conservazione della Fede Cattolica, ed alle missioni in quelle parti. E benchè tra gli Alunni del Collegio Ibernese in Roma, e altri Collegj, e Seminarj in Francia, Spagna, e Portogallo, Fiandra, ed altre parti della Cristianità vi siano soggetti, da' quali si può sperare gran frutto per la conservazione, e propagazione della nostra S. Fede in detto Regno, alcuni di detti Alunni durante, o finito il corso de' loro studj, entrano nelle Religioni, ovvero Società, o Con-

Num. 42.
Supplica del Clero secolare d'Ibernia alla s. m. d'Innocenzo XII. acciocchè voglia obbligare gli Alunni del Collegio Ibernese al giuramento prescritto da Alessandro VII. a quelli del Collegio di Propaganda.

o Congregazioni regolari, e perciò si perde il frutto, che poteva sperarsi da essi a prò delle missioni Si supplica pertanto umilmente la SANTITA' VOSTRA si degni ordinare che gli Alunni di detto Collegio di Roma, e altri suddetti non possino entrare in qualsivoglia Religione, Società, o Congregazione Regolare senza espressa licenza della Sede Apostolica, ovvero della S. Congregazione de Propaganda Fide, dichiarando nulle tutte le professioni, che si faranno altrimente, e tutto quello si farà in contrario, e che tutti li detti Alunni siano obbligati a fare il giuramento in conformità di quello si osserva nelli Collegj Pontificj di questa Città in virtù del Breve della fel. mem. di Alessandro VII., che comincia: *Cum circa juramenti vinculum*: spedito in data de' 20. Luglio *1660*. Quam Deus &c.

= Rescriptum =

Il Sig. Cardinal Protettore consideri, e riferisca

Carlo Agostino Fabroni.

Facta per Eminentissimum Dominum Cardinalem de Alteriis Præfectum Congregationis de Propaganda Fide relatione super hoc supplici libello Sanctissimo Domino Nostro in Audientia habita die 13. Novembris *1692*. SANCTITAS SUA benigne annuit posse expediri petitum Decretum, non solum quoad Collegia, & Seminaria, sed etiam quoad Comunitates erectas, sive respective erecta, aut erigenda ad formam Brevis tamen fa: me: Alexandri PP. VII. sub die 20. Julii *1660*, & cum moderatione expressa in Decreto postmodum emanato

nato sub die 20. Decembris a PP. Clemente IX. non obstantibus quibuscumque. Et ad Eminentissimum Albanum pro expeditione Brevis &c.

Eminentissimi Domini.

Num. 43.
Lettera dell'Arcivescovo di Dublino alla s. Congregazione di Propaganda, nella quale si duole, che la maggiore e miglior parte degli Alunni instruiti e educati per le missioni d'Ibernia sieno con maniere improprie indotti a farsi Religiosi, e per lo più Gesuiti.

Pastorale quod nobis incumbit officium, nec non acre nostrum Religionis in hac afflictæ Ecclesiæ plaga tuendæ ac promovendæ studium jubet nos, urgetque, ut omnia quæque missioni huic nostræ damnum aliquod afferentia, Eminentiis Vestris ob oculos ponamus. Hoc in præsentiarum summa nos afficit molestia, quod plurimos hujus Regni Alumnos desideremus, quos ideo tantum ad nostra in exteris regionibus misimus Seminaria, ut illic puro Catholicæ fidei lacte enutriti, sanisque moribus imbuti aliquando possent perfuncto studiorum curriculo in Patriam redire, & unusquisque vineam Domini, proprio Ordinario duce pro viribus excolere incumberet.

Sed proh dolor! hi filioli nostri, licet ipsis tam arcta redeundi necessitas incumbat, a tam justo & laudabili fine, zelo quodam male concepto (ne quid aliud dicam) deterrentur, & sic ab Ordinario, a patria, & a parentibus divulsi Religiosum aliquem ordinem, præsertim Societatem Jesu, ingredi alliciuntur: hocque ad dolorem nostrum, & Hierarchiæ detrimentum accedit adhuc, ut subditi illi, quos sic a nostra jurisdictione distractos lugemus, ii plerumque soleant esse, qui ob præcellentes animi dotes, & acriorem præ cæteris ingenii vim, certius nobis solamen afferre, & jacentem hujus Ecclesiæ statum erigere potentius valere-

lerent. Sanctam Fidem nostram, quam tot huc usque licet persecutionis procellis agitatam, nobis adhuc integram servari gratulamur, nonnisi servatæ Hierarchiæ, secundum Deum, acceptam referimus. Quando Ordines Religiosi omnes fuerunt persecutionis gladium aufugere coacti, Pastores sæculares sub propriis Ordinariis militantes generoso fortique zelo incensi torrenti restiterunt, constanter & assidue invigilaverunt gregibus, quos ideo ab omni hæreseos labe puros servaverunt; hoc si fecissent Angliæ simul & Scotiæ Regna, non esset forsan cur miserum nunc suum statum deflerent; stante enim in his gentibus Hierarchia, merito licet conjicere quod staret quoque etiamnum & Religio. Grex vero proprios Pastores nesciens, eorumque voces non audiens lupos sequatur necesse est, & vinea Domini, quam singularis ferus depastus est, prorsus inculta jaceat oportet. Et quidem generosis his Pastorum nostrorum studiis & conatibus Deus ipse misericors adesse dignatus est; cum etenim nec scholæ apud nos paterent idoneæ, nec media apta superessent, quibus juvenes nostri ad operandum in vinea efformarentur, prodiere, Deo procul dubio inspirante, in exteris regionibus, divites quidam benevoli, qui sæcularia seminaria, ad excolendos pro regione hac hæretica missionarios, fundaverunt, dotaveruntque, hoc unico fine, ut subditi illic enutriti, & educati, post peractum ibi tempus idoneum, ad suos in Patria Ordinarios redirent, pro data occasione, ut ipsis videretur, operaturi.

Sed

Sed heu quis unquam in mentem induceret ex felici ejusmodi refugio, unde, quasi ex fonte quodam uberrimo, tot huic Regno emolumenta emanare deberent, maximum exinde nobis detrimentum exoriri? Sic se tamen res habet: hæc etenim seminaria nostra a primaria fundatorum intentione longe aberraverunt, haud vitio quidem institutionis de se optimæ, sed vitio eorum qui præsunt: ipsi enim zelo quodam haud laudabili nimis abrepti, & Religioni in hoc regno pessume consulentes effecerunt tandem, ut seminaria illa, non jam pro Sacerdotibus sæcularibus, sed pro Religiosis ordinibus, & in primis pro Societate Jesu instituta videantur. Intra quadraginta annorum spatium plurimos, imo quintam subditorum nostrorum partem novimus, qui in Italiæ Hispaniæ, Galliæ, Belgiæ Seminariis aliquot annis enutriti, & ad missionem nostram efformati, mediis quibusdam, haud licitis certè, impulsi, & illecti, subito illa Seminaria deseruere, & ab Ordinariorum in Hibernia jurisdictione omnino se subtrahentes, Religiosis Ordinibus, præsertim vero Societati Jesu sese emancipaverunt, in iis, quo superioribus videretur modo, tempore, & loco occupandi. Imo & quod dolendum magis, Seminarium nostrum Romæ a Cardinale Ludovisi, Gregorii fel. mem. XV. nepote, fundatum, & ab hujusmodi deprædationis genere securum esse gloriari nefas; cum multos exinde arte hac illecebrosa captos & illectos lugeamus &c. = Die Martii 28. 1765. = Patritius Archiepiscopus Dublin. & Hiberniæ Primas.

At-

Num. 44.
Dispensa degli Alunni del Collegio Ibernese da' giuramenti, che avevano fatti, con l'obbligo di prestare il giuramento, che si fa dagli Alunni del Collegio di Propaganda.

Attentis facultatibus nobis a Sanctissimo Domino Nostro CLEMENTE PP. XIV. specialiter tributis in Audientia diei 14. Aprilis currentis, prout ex supplici libello, & rescripto respective exhibito per Acta Ferri Notarii Eminentissimi Vicarii, pro dispensandis Alumnis Collegii Hibernorum de Urbe a quocumque Juramenti vinculo huc usque in dicto Collegio præstiti: Hinc re maturè cognita, supradictis ut supra facultatibus utentes, eosdem Alumnos in præfato Collegio degentes a quocumque Juramento usque adhuc præstito absolvimus, & liberamus, pristinæque in foro conscientiæ libertati restituimus. Volumus tamen, ut tam præsentes Alumni sic absoluti infra tempus, a die publicationis præsentis Decreti, nobis bene visum, quam alii deinceps prædicto Collegio cooptandi Juramentum tantummodo præstare omnino teneantur, quod ab Alumnis alterius Collegii de Propaganda Fide præstari solet, juxta formulam a s. m. Alexandro PP. VII. præscriptam sub die 20. Julii 1660. post suam Constitutionem, quæ incipit = *Cum circa Juramenti Vinculum* = Et cum moderatione expressa in Decreto postmodum promulgato a s. m. Clemente PP. IX. sub die 20. Decembris 1668. Mandantes insuper, tam a præsentibus, quam futuris Alumnis religiose observari quascumque Constitutiones a Nobis de novo condendas, sive decreta per Nos auctoritate apostolica toto Visitationis nostræ tempore promulganda. Ut vero præsentis Decreti tenor omnibus ad quos spectat innotescat, omnique tempore afficiat, præcipimus tam moderno,

quam

quam futuris pro tempore Rectoribus ejusdem Collegii sub privationis pæna ab Officio, ut cum primum supradictum Decretum per Notarium in præsenti hac nostra Visitatione assumptum in prædicto Collegio publicatum, & intimatum fuerit, illud in ejusdem Collegii Archivo originaliter asservari perpetuis futuris temporibus curent, ac insuper ipsius copia affixa semper retineatur in refectorio, vel alio loco publico. Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die 27. Aprilis 1771.

M. Cardinalis Marefuscus Visitator Apostolicus, & Protector.

Sergius Serfale Convisitator.

Eminentissime Princeps.

Num. 45. Ragguaglio degli studj, che si facevano dagli Alunni Ibernesi nelle scuole del Collegio Romano.

Cum mihi Clienti infimo in mandatis dederit Eminentia Vestra, ut ingenue & sincere exponerem eam, quæ in Collegio Romano viget, studiorum rationem, jussis prompto animo parui, eoque libentius quod percommodam mihi oblatam esse occasionem viderem, qua ostenderem Alumnos Collegii Hibernorum Eminentiæ Vestræ devinctissimos Clientes, Sociosque meos, quorum omnium nutu & nomine hæc scribo, graves justasque causas habuisse, tum ut de studiis Collegii Romani conquererentur, tum ut Eminentiæ Vestræ authoritatem implorarent & gratiam, quarum ope potestas ipsis fieret, ad alia studia alterius Collegii de Propaganda Fide transeundi. Ad tres classes revocantur scientiæ, quibus in Collegio Romano operam navare tenemur, nempe ad Scholas inferiores, Philosophiam, & Theologiam; de singulis ordine dicam, & ad rem ipsam protinus festino.

De Scholis Inferioribus.

Ea in Scholis inferioribus recepta est studiorum ratio, ut dimidia anni pars arti oratoriæ, dimidia poeticæ tribuatur. Nobis Collegii Hibernorum Alumnis vix ulli est emolumento Poesis; neque enim poetæ futuri sumus, sed Evangelii præcones, nec in canendis carminibus, sed in procuranda animarum salute vita nobis omnis transigenda est. Itaque singulis annis quibus Grammaticæ, Humanitati, Rhetoricæ operam damus, quinque aut sex menses terimus inanissime, & totius temporis ad Scholarum inferiorum studia impensi dimidium deperdimus. Eam jacturam ne incurrerent Alumni utriusque Collegii Græcorum & Maronitarum cautum est, ne ad scholas inferiores Collegii Romani accederent pomeridianis horis, quibus Poesis unice excolitur, sed domi manerent, & ad alia studia ipsorum statui & vocationi magis accomodata animum adjicerent. In scholis inferioribus Collegii Urbani de Propaganda Fide sola traditur facultas Oratoria, poetica prætermissa; quod utique non fieret nisi compertum esset hanc Missionariis minus utilem esse. Cum igitur commune habeamus vitæ institutum cum laudatorum Collegiorum Alumnis, ecquid carmina dedicisse, quod ipsis nihil prodest, nobis inserviat?

De Philosophia.

Tres solidos annos sibi vindicat Philosophia: primus Logicis, secundus Phisicis: tertius Metaphisicis tribuitur disciplinis, stylo apud Peripateticos recepto.

Logica, quæ in Collegio Romano vulgo tra-

traditur, complecti solet regulas summolisticas, dissertationem de ideis humanæ mentis, quæstiones nonnullas contra distinctionem virtualem intrinsecam Thomistarum, contra Præcisionem objectivam Thomistarum eorumdem, quibus eversis, adstruitur distinctio formalis per intellectum juxta communem sententiam Societatis. Armis contra Thomistas resumptis, contenditur, veritatem aut falsitatem propositionum de futuro contingenti a nullo decreto prædeterminante esse repetendam. Præscientiæ divinæ & libertatis creatæ concordia ex eo vel maxime demonstratur, quod præscientia non sit causa rerum futurarum, ut Thomistæ volunt, sed potius res futuræ sint causa divinæ præscientiæ. Ex occasione præscientiæ Dei in disputationem vocatæ &c. imbuuntur recentes adhuc tyronum Logicæ mentes generali quadam *scientiæ mediæ* notitia. Tractantur deinceps duæ vel tres quæstiones contra Scepticos, & Idealistas; quibus absolutis, traditur Probabilismus Philosophicus, quo Auditorum mentes opportune disponantur ad Theologicum suo tempore excipiendum.

Physica in Collegio Romano doceri solita magnam partem inutilis sæpe est & inepta, jejuna semper, & angustissimis limitibus circumscripta. Contingit enim non raro menses integros dilabi ac perdi in excutiendo Patris Boscovichii systemate, quod licet a paucis Jesuitis partium studio transversum abreptis inter nobiliora hujus sæculi comperta reponatur, ab æquis tamen rerum æstimatoribus commentum imaginarium paradoxis & chimæris scatens

esse judicatur, quod cæteroquin licet verum esset, & undequaque ſtaret, nihil tamen prodeſſet rei phyſicæ, nihil ad naturæ cognitionem conferret. Verum quando etiam evenerit ut Collegii Romani Phyſica anfractibus hiſce ſit libera, exilis tamen ſemper eſt & exiguis hiſce finibus ferme continetur.

Diſſeritur primo de aliquibus corporis naturalis proprietatibus, puta de extenſione, ſoliditate, diviſibilitate &c Vacui exiſtentia probatur; Leges motus Newtonianæ admittuntur, agitur de gravitate terreſtri, ejus extenſione, & legibus; Gravitas cæleſtis Newtoniana conſtituitur, Newtoniana luminis & colorum, & Franhlinianæ Electricitatis theoriæ ſtabiliuntur. Hæc perpauca phyſicæ capita proponuntur addiſcenda; altum de reliquis ſilentium. Nihil omnino traditur de Natura, æquilibrio, reſiſtentia fluidorum, nihil de ſono, voce, auditu, nihil de peculiaribus ignis proprietatibus, nihil de frigore aut calore, nihil de ſole, ſtellis fixis, planetis ſingillatim ſpectatis, nihil de Solis aut Lunæ eclypſibus, nihil de figura Telluris, nihil de corporibus animalibus, vegetantibus, mineralibus, quæ tellus gerit, ſpecifice conſideratis, denique de Chronologia, Kalendario, Geographia (quæ quidem omnia cum Aſtronomia phyſica conjunctiſſima ſunt & Eccleſiaſticis viris ſcito utilia vel etiam neceſſaria) omnino nihil.

Dicet aliquis, ea quæ querimur omiſſa a Profeſſore Phyſices, a Profeſſore Matheſeos in Collegio Romano doceri. Reſpondetur, poſitum in Rectoris arbitrio eſſe, ut Scholam Mathe-

theſeos vel adeamus vel non; alius facultatem concedit Rector, negat alius, nec defuit qui Alumnis ne vel Mathematicum librum apud ſe retinerent vetuerit. Præterquamquod autem plurima ex iis, quorum cognitione nos deſtitutos eſſe dolemus, ne leviter quidem Matheſim attingant, ſciendum eſt, Profeſſorem Matheſeos in Collegio Romano alio anno Opticæ, alio Aſtronomiæ, alio Mechanicæ, alio Hydraulicæ elementa docere, & ita porro pro diverſis annis diverſorum tradere tractatuum rudimenta, ut proinde non niſi caſu fortuito contingat, ſuppleri aliqua quæ Phiſicæ deſunt, omnia autem nunquam ſupplentur. Contra autem Alumni Collegii de Propaganda Fide, quæ eſt eorum felicitas, in tuto ſunt ſe nullam ex recenſitis cognitionem vel utilem vel neceſſariam eſſe deſideraturos.

Methaphyſica dimidia ſui parte manca eſt, ut in Collegio Romano traditur. Scientiam hanc in duas tribui partes, Ontologiam, nempe, & Pneumatologiam nemo ignorat. At Ontologia ne a limine quidem ſalutata, Pneumatologiæ immorantur Collegii Romani Profeſſores.

In Pneumatologia autem nunquam omittitur acris diffuſaque diſſertatio, qua contra præmotionem phyſicam non ſecus ac contra monſtrum horrendum, informe, ingens depugnatur. Comprehendere ſolet hæc diſſertatio tria capita, quæ tria fulmina belli merito diceres. Primo in capite exploditur tanquam ſuperflua phyſica Prædeterminatio: in ſecundo rejicitur ut hoſtiliter pugnans cum libertate crea-

creata: in tertio eliminatur perinde ac si injuriosa adeo esset sanctitati divinæ, ut Deum peccati faceret authorem. Hinc arripitur occasio commemorandi controversias famigeratas de Auxiliis, *stabiliendi scientiam mediam*, removendi ab illa notam tantopere molestam Pelagianismi; & demum respondendi ad impugnatores Gratiæ versatilis, quæ quidem licet obiter ac veluti in transcursu attingantur, inserviunt tamen mirum in modum ad præoccupandos Discipulorum animos, donec iisdem ad Theologiam provectis Jesuitarum systema & evolvatur explicatius, & altius inseratur. Interim ad Metaphysicam hic descriptam nemo reflectere oculos poterit quin clare videat, Jesuitarum nihil interesse Auditores suos esse Semimetaphysicos, dummodo a teneris annis assuescant esse Anti-Prædeterminantes.

De Theologia.

Ex universa Theologia scholastica octo Tractatus in Collegio Romano explicantur, quorum duo cum singulis annis exponantur, totus quadriennio cursus absolvitur. Tractatus singulos singulis annis adfixos hoc ordine referre juvat. Primo Theologiæ anno duo traduntur tractatus, alter de Gratia, alter de Sacramentis in genere: Secundo pariter duo, alter de Virtutibus Theologicis, alter de Pænitentia; Tertio item duo, alter de Deo Uno, & Trino, alter de Justitia, & Jure; Quarto demum duo, alter de Incarnatione, alter de Beatitudine, & Actibus humanis.

Ut a primo tractatu ordiamur, in duas ille partes dividitur, in quarum prima de Gratia Au-

Auxiliante, in secunda de Sanctificante disputatur. Primam partem quamvis adeo in deliciis habeant Collegii Romani Professores ut per integrum ferme annum prolixis quæstionibus eandem versare non graventur, eam tamen ita pertractant, ut ex tot disputationibus nihil nobis fructus aut utilitatis proveniat. Discimus quippe tantum quæstiones millies recoctas contra Jansenium, Thomistas, aliosque Catholicos, quæ si unquam aliis, nobis certe sunt inutilissimæ, quibus in Hiberniam reversis in medio Lutheranorum & Calvinianorum nec proderit, nec vacabit litigare cum Thomistis, aut fingere Jansenianos, contra quos pugnemus. Duobus ab hinc annis explicatus in Collegio Romano fuit tractatus, de quo loquimur, in quo de Gratia auxiliante quæstiones traditæ fuerunt non minus quam viginti, quarum decem petebant directe Jansenium, duæ propugnabant gratiam versatilem, *scientia media*, & consensu prævifo indigentem, ut in actu primo efficax constituatur; cæteræ spectabant partim Historiam & errores Pelagianorum, & Semi-Pelagianorum, quibus dicitur abusum esse Jansenium ad infamandas Catholicorum sententias, partim referebantur ad Congregationes de Auxiliis, Molinæ triumphos, Physicæ Prædeterminationis impugnationes. In tanto autem quæstionum numero atque varietate una tantum erat, quæ nobis usui esse posset contra Lutheranos; hæc autem ipsa adeo jejune fuit & perfunctiorie tractata, ut quæstionis nomen vix, ac ne vix quidem mereretur.

Hæc de Gratia Auxiliante: ventum deinde ad

ad Gratiam Sanctificantem, quæ viam sternit ad impios Lutheri & Calvini errores de Justificatione refellendos. Verum contra istos novatores quatuor tantum quæstiones traditæ fuerunt, quibus pauca Hæreseos capita perstringebantur; maxima impiæ doctrinæ pars intacta prorsus & integra relicta fuit. Porro quæ de Gratia Sanctificante disputata sunt cætera, tota erant de tricis & litibus scholasticis, in quibus immorari diutius, quam in profliganda hæresi, & doctrina Catholica vindicanda, Professori nostro operæ pretium visum est. Cæterum non absimili fuisse indole Tractatus de Gratia omnes, quotquot ad plures annos in Collegio Romano fuerunt explicati, facile sibi persuadebit quisquis cogitet, Jesuitas non transgredi terminos parentum suorum, & si qua alia in re, maxime in doctrina de Gratia omnes conspirare.

Tractatus de Sacramentis in genere eodem quo Tractatus de Gratia anno docetur. Huic autem ille utilitate præstat ea potissimum de causa, quod Jesuitis ansam non præbeat digladiandi cum Jansenianis, & Thomistis, & Scholæ suæ placita defendendi. Tractatus de Virtutibus Theologicis, ut titulus ipse satis commonstrat, requireret, ut Catholica Doctrina de Fide, Spe, & Charitate explanaretur; attamen de Spe & Charitate traditur fere nihil, sed disputationes de Fide per integrum quasi annum protrahuntur. In his scilicet etiam bellum contra Jansenianos renovatur, mirum vero de Luthero & Calvino silentium, perinde ac si in Ecclesiæ damnum unice grassaretur Hæ-
resis

resis Jansenii, Lutheranorum autem, & Calvinianorum sectæ jamdiu destitissent.

Tractatus de Pænitentia scatet quæstionibus ad usus nostros minime comparatis contra Bajanos, Jansenianos, Quesnellianos, & celebriores Galliæ, & Belgii Theologos. Morinus, Martene, Arnaldus, Juenin, Merbesius, Natalis Alexander impugnantur acerrime, quod docuerint Ecclesiam tribus primis sæculis denegasse veniam sive absolutionem iis, qui distulerant studiose pænitentiam usque ad vitæ finem, & extremo demum spiritu, cum jam amplius peccare non possent, ad Ecclesiam confugiebant, præsertim si Canonicis criminibus detenti, aut sacris Ordinibus initiati, aut denique solemni, & publica pænitentia perfuncti fuissent. Dimicatur contrà Bajum, & Jansenium, quod asseruerint contritionem charitate informatam nec Catechumenum sine baptismo justificare, nec Baptizatum sine pænitentia. Refelluntur Morinus, Juveninus, Drovetius, Bertius aliique quamplurimi, & Lovanienses, & Galli Theologi, quod ad contritionem extra Sacramentum justificantem vel intensionem respective summam, vel determinatum aliquem gradum exposcant.

Contra Lovanienses & innumeros alios omnium Ordinum Theologos contenditur ad justificationem intra Sacramentum obtinendam Attritionem sufficere. Prædilectum hoc Attritionis sufficientis dogma dignum censetur, quod duabus distinctis quæstionibus constabiliatur, quarum prima asseritur Attritionis sufficientia, secunda Attritionis ejusdem cum volunta-

te peccandi, aut cum affectu erga peccatum incompossibilitas. Mitto litem Morino intentari, quod docuerit pluribus sæculis in Ecclesia, tum Græca, tum Latina, in usu fuisse formulam absolutionis deprecativam. Paucis ab hinc annis Theologiæ Professor apud Jesuitas satis celebris palam docere non dubitavit, argumenta, quibus Dallæus Calvinista probat per prima duodecim sæcula non viguisse in Ecclesia usum Confessionis arcanæ, sibi videri insolubilia, nisi admittatur toto illo tempore regnasse Probabilismum, ex cujus placitis confessarii ad animas moderandas regulas desumebant. Quare cum Dallæus demonstratum habeat ex millenis catholicis authoribus, Probabilismum hesternum esse commentum vix ante duo sæcula natum, jam gloriari poterit Calvinismi Patronus se confecisse, usum Confessionis arcanæ per duodecim priora sæcula in Ecclesia fuisse inauditum. Confectarium hoc non minus perniciosum quam obvium ne tantillum quidem morari visus est præceptor ille, qui immo, duce Patre Paulo Segneri, magno scilicet in rebus Theologicis nomine, intrepide progressus est ad enumerandas Probabilisticas regulas, quibus fidelium priorum duodecim sæculorum conscientiæ, si superis placet, regebantur. Cæterum quidquid de satisfactione disserunt Collegii Romani Professores, totum est contra Quesnellum & Arnaldum, quasi vero hi docuerint satisfactionem semper præcedere debere absolutioni Sacramentali; At de Luthero, & Calvino, qui omnem satisfactionem de medio tulerunt, ne verbum quidem.

Pro-

Proxime ſequitur tractatus de Deo uno & trino; de quo ſane tractatu eodem nomine ac de aliis jure querimur. Scopus enim illius primarius hic tantum eſt, Molinæ ſyſtema de Deo ſciente promovere atque conſtabilire, & Thomiſtarum doctrinam convellere. Itaque contra Thomiſtas ſtatuitur famoſa diviſio divinæ ſcientiæ in ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, *ſcientiam mediam*, & ſcientiam viſionis. Defenditur contra Thomiſtas, Deum per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ non ſolum cognoſcere res mediate in ipſo Deo, ſed etiam immediate in ſe ipſis. De *ſcientia media* intrepide afferitur, illam ex ſacris litteris, ſanctorum Patrum documentis, clariſſimis rationibus deduci, per illam a Deo cognoſci omnia conditionate futura ſub quavis quantumcumque inconnexa hypotheſi, ſive naturalia, ſive ſupernaturalia, ſive libera non conjecturaliter ſed certo atque infallibiliter, illam demum nihil habere commune cum Arianiſmo, & ab omni Semi-Pelagianiſmi ſuſpicione eſſe liberandam. Quod vero ſpectat contingentia abſolute futura, duo contra Thomiſtas ſtatuuntur. Primum, ea in nullo decreto prædeterminante videri; ſecundo videri illa vel in *ſcientia media*, & decreto collativo auxilii, vel in ſcientia media, & gratia verſatili. Demum ſcientiam viſionis non eſſe cauſam conſenſus creati prævifi, ſed potius e contra illam ab hoc quodammodo determinari contra Thomiſtas concluditur. En Moliniſticum de Deo ſciente ſyſtema, cui nos addiſcendo per magnam anni partem inſudare cogimur; quod utrum operæ pretium Adoleſcentibus no-

ſtri inſtituti ferat, judicent æqui rerum arbitri. Profecto ſi quantum temporis in contentioſis de Deo ſciente quæſtionibus projicimus, tantum ad doctrinam de Deo trino vel ſcholaſtice vel dogmatice pertractatam conferremus, & Eccleſiaſtica eruditione multo magis exculti, & ad Socianos noſtræ patriæ ad bonam frugem revocandos longe aptiores in Hiberniam reverteremur. Verum de Trinitatis myſterio ne verbum quidem facere ſolent Collegii Romani Lectores in tractatu de Deo, quamvis eum inſignire conſueſcant complexo hoc titulo = de Deo uno & trino =. Nimirum tenaci adeo affectu inhærent defendendis Molinæ placitis, ut ab iis vix unquam avelli ſe ſinant, quo fit ut non ſolum tractatum dimidiatum relinquant, verum etiam nec primam ipſius partem abſolvere per tempus queant.

Dicendum modo ſupereſt de tribus aliis tractatibus, quibus Theologia Collegii Romani completur univerſa, ſcilicet de Juſtitia & Jure, de Incarnatione, de Beatitudine, & Actibus humanis. Verum cum nemo noſtrum in Theologicis ſtudiis tamdiu verſatus ſit, ut accuratam iis tractatibus operam navare potuerit, de illis nihil pronuntiandum eſſe duximus. Interim ex propoſito tractatuum ſpecimine facile quiſque poterit conjicere de cæteris, & apud ſe ſtatuere quam frugiferi nobis futuri eſſent. Præ manibus habemus Theſes typis impreſſas, & a Profeſſoribus Collegii Romani publicæ diſputationi propoſitas, in quibus continentur plura aſſerta de Juſtitia & Jure viris ſanioris doctrinæ ſtudioſis laxitatis nomine reprehen-

ſa.

sa. Novimus partim ex thesibus istis, partim ex manuscriptis, quorum copiam nacti sumus, tractatum de Actibus humanis aliud vix habere præter quæstiones conglobatas contra Jansenium & Probabilioristas, Probabilismi vindicias, confutationes clari operis, quod inscribitur = *Theologia Christiana Dogmatico-Moralis* =, & Patris Concinæ Operis laudati Auctoris insectationes. At enim tot illæ concertationes Jesuitis pugnantibus pro domo sua utiles fortasse erunt, ad nos certe, qui neque Jansenio neque Concinæ, sed Luthero & Calvino obviam ire in Hibernia debemus, minime pertinent.

De Theologia Morali,

Quamquam nos, quibus demandanda olim erit animarum cura, nulla alia re magis indigeamus quam sanioris Ethices præceptis atque institutis informari, tamen per moderatores nostros non stat, quominus in extrema rei moralis ignoratione versemur. Morales lectiones in Collegio Romano excipere non possumus ea de causa, quod Theologia Moralis & Scholastica eodem tempore in diversis scholis exponatur; quare cum disciplinis scholasticis interesse teneamur, a Moralibus abesse cogimur. Porro inter domesticos parietes nullæ institutæ sunt repetitiones, ut vulgo ajunt, in quibus Præside studiorum Præfecto, Alumni de quæstionibus morum inter se disputent, & in solvendis conscientiæ casibus se exerceant, qui proinde nisi proprio marte, & privata lectione aliquam rei moralis cognitionem sibi comparare contenderent, iidem studiorum curriculum

in theologia morali progressibus percunctentur, campum ipsis aperiunt ut doctrinam a se partam ostendant, illos vero nihilo doctiores efficiunt.

De Theologia Polemica.

Eodem, quo Theologia Scholastica, vitio laborat & æque nobis inutilis est Theologia Polemica. Controversiæ enim, quas continet, fere semper vel directe vel oblique ad Jansenii causam labefactandam collimant. Bajus quod Jansenio prælusit in arenam protrahitur, & præcipua ipsius doctrinæ capita convelluntur. In Jansenium sævius incumbit tempestas, & quinque propositionibus extrema pernicies paratur. In Quesnellum tandem vis belli convertitur, quod Jansenii doctrinam postliminio revocaverit. Ipsius profligantur errores, ipsiusque asseclæ diris omnibus devoventur. Decernitur, Quesnellistas jure ac merito & esse & haberi separatos a Sedis Apostolicæ Communione; statuitur sacræ Eucharistiæ participationem illis etiam in mortis articulo esse denegandam; demum falsa & illusoria esse a Quesnellistis jactata miracula docetur. Perbelle hæc omnia: sed interim contra Lutherum & Calvinum, & proinde pro nobis, plane nihil. In iis autem defensitandis non unus aut alter mensis, sed anni integri consumuntur. Progrediuntur controversiæ ad alias hæreses expendendas, Pelagianam scilicet, Semi-Pelagianam, Prædestinatianam. Verum in his omnibus, quod mirere, unus semper occurrit Jansenius. Et quidem in tractatu de Hæresi Pelagiana passim non tam Pelagius reus agitur, quam

quam Jansenius & Natalis Alexander, ille quod docuerit, Doctorum quorundam, qui Catholico nomine gloriantur, sententias a Pelagianis erroribus non esse usque adeo alienas; hic quod scripserit vagum & versatilem effrænis probabilitatis usum ex lutulentis probabilismi Pelagiani fontibus manasse. Porro dum Jansenius & Natalis Alexander exagitantur, quiescit Pelagius, & impia superbissimæ Hæreseos dogmata sine ulla directa impugnatione plerumque relinquuntur. Porro in reflexis hisce de Pelagianismo speculativo & practico contentionibus annus abit. Eodem redeunt Tractatus de Hæresi Semi-Pelagiana & Prædestinatiana; illinc vetera cum Jansenio recrudescunt dissidia, hinc cum larvis & umbris multorum judicio dimicatur, magno temporis dispendio, nulla nostra utilitate. Ipsæ de Romano Pontifice controversiæ, ut in Collegio Romano modo instituuntur, præter Febronium & Jansenianos vix alios adversarios lacessunt; quo fit, ut post plurimam Theologiæ Polemicæ navatam operam, Lutheri & Calvini Hæreses de facie notæ vix ac ne vix quidem nobis sint, unde confecto studiorum cursu revertimur in Hiberniam in alienis, quæ nos minime tangunt, controversiis satis fortasse versati, in propriis hospites omnino & peregrini. Huic malo quomodocumque subventum est in cæteris Collegiis, in quibus Alumni eadem qua nos fortuna usi ad Regiones Lutherana lue infectas mittendi sunt. Illi enim Anti-Jansenianis & Anti-Febronianis Collegii Romani controversiis non vacant, sed domesticos habent Professo-

feſſores, a quibus in controverſiis Luthero & Calvino infeſtis excoluntur. Cautum id jam pridem eſt in Collegio Anglicano, idemque in Collegio Scotorum non multis ab hinc annis inſtitutum fuit a claræ memoriæ Eminentiſſimo Cardinali Spinelli illius Collegii quondam Patrono, qui cum hoc facto oſtenderit, controverſias Collegii Romani ſibi improbari tanquam Alumnis Collegii Scotorum inutiles atque ineptas, eaſdem nobis in eadem conditione verſantibus minime accommodatas eſſe judicio ſuo graviſſimo & maximo confirmavit.

Ex iis quæ hucuſque retulimus facile ſtatuere poterit Eminentia Veſtra, nos jure optimo de Collegii Romani ſtudiis fuiſſe conqueſtos, nec temere votis omnibus exoptaſſe ut ad Gymnaſium de Propaganda Fide nobis tranſire liceret. Plura alia, ut ſancte affirmamus, occurrunt nobis præſentia in Collegii Romani ſtudiis reprehendenda, quæ miſſa facimus, veriti ne cujus minime debemus patientia atque clementia abutamur. Interim quando Eminentiæ Veſtræ pro immortalibus in nos collatis beneficiis gratias agere ſatis cumulate nequeamus, beneficiorum omnium ſupremum largitorem, bonorumque omnium donatorem Deum non intermiſſis precibus exorabimus, ut Eminentiam Veſtram propitius ſoſpitet, & ad Eccleſiæ univerſæ felicitatem quam diutiſſime conſervet.

Joannes Jackſon.

CLEMENS PP. XIV.

DILECTE FILI NOSTER SALUTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Breve di N. S al Card. Visitatore con le facoltà di rimuovere i Gesuiti dal governo, e dall'amministrazione del Collegio Ibernese &c.

ALias Nos pro pastoralis officii nostri debito consulere volentes utilitati, & progressui Alumnorum existentium in Collegio Hibernensi. quod dudum in hac Alma Urbe nostra bo: me: Ludovicus, dum vixit, S. R. E Cardinalis Ludovisius erexerat, quodque fel. recor. Innocentius PP. X. Prædecessor noster per suas in simili forma Brevis die XXII. Maii MDCXLVII. expeditas Literas de jurepatronatus tunc in humanis agentis Nicolai Ludovisi Principis Plumbini, & Venusiæ, ejusque descendentium esse declaraverat, Motu proprio, atque ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine Te per alias nostras in pari forma Brevis die VI. Martii MDCCLXXI. expeditas Literas ejusdem Collegii Visitatorem Apostolicum deputavimus cum facultatibus necessariis, & opportunis Collegium prædictum, ejusque Rectorem, Superiores, & Alumnos in Capite, & in membris visitandi, in illorum statum, vitam, mores, & disciplinam diligenter inquirendi, nec non Sacrorum Canonum, & generalium Conciliorum inhærendo decretis, quæcumque mutatione, & revocatione indigere cognovisses, mutandi, & revocandi, abusus quoscumque tollendi, regulas, & dicti Collegii statuta observari faciendi, &, quatenus opus esset, de novo condendi, ac redditUUm bonorum ejusdem Collegii rationem petendi, Rectorem, aliosque Superiores, & Officiales haud idoneos removendi, & alios habiles, & capaces subrogandi, Alumnos quoque inobedientes dimittendi, & quid statuisses observari facien-

ciendi, obedire recusantes per censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque juris, & facti remedia compescendi, contra delinquentes quoscumque processus, secreto tamen, & sine strepitu, ac forma judicii, formandi, aliaque in præmissis, & pro hujusmodi munere ritè, & rectè explendo necessaria, & opportuna mandandi, & exequendi. Voluimus autem, ut si qua graviora in Visitatione hujusmodi reperiisses, nobis referres, ut quid desuper statuendum foret, matura consideratione adhibita, decerneremus, ac alias prout in iisdem nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Postea quam igitur demandatam Tibi ejusdem Collegii Visitationem laudabiliter indefessa cura, & singulari prudentia peregeras, omnium rerum, & circumstantiarum Visitationem hujusmodi quoquomodo respicientium seriem nobis quamdiligentissime retulisti. Nos itaque, illis omnibus mature perpensis, consideratisque, præter quascumque alias facultates in iisdem nostris literis Tibi, ut præfertur, attributas, atque concessas, quas per præsentes, quatenus opus sit, confirmamus, & approbamus, ac de novo etiam concedimus, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus Tibi facultatem quoque derogandi ultimæ voluntati, ac testamento condito ab eodem Ludovico Cardinali Ludovisio anno MDCXXIX. seu alio veriori tempore, in ea parte dumtaxat, qua ipse commisit, & tradidit fidei, & cura Presbyterorum Regularium Societatis Jesu gubernium dicti Collegii ab ipso erecti, nec non sententiæ Rotali deinde favore eorumdem Presbyterorum Regularium editæ die XXIV. Januarii MDCXXXV. seu alio pariter veriori tempore adversus memoratum Nicolaum Principem Ludovisi, & Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum Conventus S. Isidori de Urbe, ac omni, & cuicumque alii titulo quomodolibet ad ipsos Præpositum Generalem, & Societatem spectan., & pertinen.,

tinen., cujus vigore in gubernio, & administratione dicti Collegii perseverare ipsi quomodolibet possent, eosdemque Presbyteros regulares, Præpositum Generalem, & quemcumque alium ex eis a gubernio, & administratione, ac alia qualibet directione ipsius Collegii removendi, cæteraque in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, gerendi, & decernendi tribuimus, & impartimur. Volumus autem, ut quoad titulum jurispatronatus, quod super Collegio prædicto sibi asserere possent hæredes memorati Principis Nicolai Ludovisi, nihil penitus innovetur, nec quidquam novi constituatur; sed res in eo statu, in quo de præsenti sunt, ac prout de jure, & quatenus de jure manere debeant, ac præterea dictum Collegium auctoritati & immediatæ jurisdictioni tuæ, ac pro tempore existentis S. R. E. Cardinalis apud Nos, & Sedem Apostolicam Regni Hiberniæ Protectoris motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus perpetuo subiicimus, atque supponimus. Non obstantibus memorati Ludovici Cardinalis etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, & expresse commutamus; nec non nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac aliis omnibus, & singulis, quæ in dictis nostris literis concessa sunt, non obstant., cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVIII. Septembris MDCCLXXII. Pontificatus nostri anno quarto.

A. Card. Nigronus.

Foris = *Dilecto filio nostro Mario S. R. E. Presbytero Cardinali Marefusco nuncupato.*

DE-

DECRETUM.

Decreto di rimozione de' Gesuiti dal governo, e dall' amministrazione del Collegio Ibernese &c.

CUM Sanctissimo D. N. CLEMENTI PP. XIV. nuper per suas Apostolicas Litteras in forma Brevis sub annulo Piscatoris die 18. Septembris currentis anni 1772. expeditas, Nobisque directas, placuerit, non modo omnes & quascumque facultates in suis pariter Apostolicis Litteris in pari forma Brevis die 6. Martii 1771. expeditis pro visitando Apostolica auctoritate Collegio Hibernensi de Urbe Nobis jam attributas, atque concessas, confirmare; verum etiam alias omnes, & quascumque necessarias, & opportunas facultates benigne tribuere, ad effectum derogandi ultimæ voluntati, & testamento condito a Cl. me: Ludovico S. R. E. Cardinali Ludovisio anno 1629. seu alio veriori tempore, in ea parte dumtaxat, qua ipse commisit, & tradidit fidei, & curæ Presbyterorum Regularium Societatis Jesu gubernium supradicti Collegii ab ipso erecti; nec non Sententiæ Rotali deinde favore eorumdem Presbyterorum Regularium edita die 24. Januarii 1635., seu alio pariter veriori tempore, adversus Nicolaum Ludovisi Principem Plumbini, & Venusiæ, ac Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum Conventus S. Isidori de Urbe, ac omni, & cuicumque alii titulo quomodolibet ad ipsos Presbyteros Regulares, eorumque Præpositum Generalem, & Societatem spectan., & pertinen., cujus vigore in gubernio, & administratione dicti Collegii perseverare ipsi quomodolibet possent; eosdemque Presbyteros Regulares, Præpositum Generalem, ac quemcumque alium ex eis a gubernio, & administratione ipsius Collegii removendi; cumque præterea eidem Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit, memoratum Collegium auctoritati, & immediatæ jurisdictioni pro tempore existentis S. R. E. Cardinalis Regni Hiberniæ Protectoris perpetuo subiicere, & supponere.

Hinc Nos supradictis facultatibus utendo, prædictæ ultimæ voluntati, & testamento Cl. me. Ludovici Cardinalis Ludovisii in ea parte, in qua gubernium, & administrationem præfati Collegii Presbyteris Regularibus Societatis Jesu concessit, necnon dictæ Sententiæ Rotali deinde favore eorumdem emanatæ, ac insuper omni, & cuicumque alii titulo quomodolibet ipsi competen., Apostolica, ut supra, auctoritate plene derogando, præfatos Presbyteros Regulares, Præpositum Generalem, & quemcumque alium ex eis a gubernio, cura, administratione, seu alia qualibet directione ipsius Collegii præsenti nostro Decreto perpetuo removemus, ejusdemque Collegii personas, res, bona, jura, proprietates, ab eorumdem administratione, gubernio, auctoritate, regimine, & subjectione, quibus a tempore dictæ emanatæ sententiæ, atque etiam in præsens subest, eximimus, & liberamus, ac ita omnino exequi volumus, mandamus, & decernimus.

Præterea inhærendo dictis Litteris Apostolicis, ut supra, præfatum Collegium auctoritati nostræ, & immediatæ jurisdictioni nostræ, ac pro tempore existentis S.R.E. Cardinalis apud Sanctissimum Dominum Nostrum, & Sedem Apostolicam Regni Hiberniæ Protectoris perpetuis futuris temporibus subjectum decernimus, & declaramus, atque in nostrum, & pro tempore existentis, ut supra, Regni Hiberniæ Protectoris Patrocinium recipimus.

Ut vero præsentis Decreti tenor omnibus, ad quos spectat, innotescat, debitamque in omnibus, & plenariam executionem assequatur, præcipimus, ut per Notarium, in præsenti hac nostra Visitatione assumptum, tam Præposito Generali Societatis Jesu, quam actuali Rectori, Alumnis, aliisque omnibus in præfato Collegio degentibus intimetur. Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die 23. Septembris 1772.

M. Card. Marefuscus Prot. & Visit.

Lo✠co Sigilli. *Sergius Serfale Convisitator.*

SOMMARIO
ADDIZIONALE

Num. I.
Particola della descrizione, fatta dal Ferri Notajo della Visita, delle robe trovate nel Collegio Ibernese.

DIe 28. Septembris 1772. In ulteriorem executionem Litterarum Apostolicarum in forma Brevis &c. accessi, meque personaliter contuli ad Ven. Collegium Hibernense &c. ad effectum prosequendi descriptionem aliorum bonorum in eodem Ven. Collegio existentium &c., quo perventus, cum præsentia Adm. R. P. Ignatii Mariæ Petrelli jam Rectoris ejusdem Ven. Collegii & infrascriptorum Testium descripsi & adnotavi omnia & singula prædicta bona, aliaque in eodem Ven. Collegio existentia, prout infra sequitur, videlicet.

Nella seconda stanza della solita residenza del P. Petrelli. *Omissis aliis*. Due Cantoncini d'Albuccio tinti color di noce. Dentro uno di essi: *Diversi libri concernenti gli affari del Collegio Ibernese sino al numero di 17. Omissis aliis*.

Una Scrivania di albuccio tinta color di noce con tiratori &c. Nelli spartimenti davanti &c. *Diversi libri di Computisteria, li quali per non essersi potuti considerare, e minutamente descrivere, si sono numerati al di fuori dal num. I. sino al num. 38. Omissis aliis*.

Nella stanza dove dorme d.° P. Petrelli &c. Un baullo ripieno di diversi libri, e carte, che il P. Petrelli asserì essere suoi. Altro Baullo, con dentro diversi panni, e robe, che parimenti il P. Petrelli asserì esser proprj, e l'uno, e l'altro sono stati asportati in Libraria &c.

Die 4. Octobris. Continuata fuit descri-
ptio

ptio &c. Succeſſive & immediate ſuperventus R.P.D. Sergius Serſale Conviſitator ad effectum videndi, viſitandi, & recognoſcendi res omres exiſtentes in enunciatis vulgo *Baulli &c.* voluit, & mandavit, ut illa aperirentur, omniaque in eis invenienda deſcriberentur, prout ego idem Notarius (illis apertis per relatum R. P. Ignatium Mariam Petrelli) ad ejus præſentiam, & cum præſentia & aſſiſtentia præfati R.P.D. Sergii Serſalis, ac infraſcriptorum teſtium, quæ in eis fuerunt inventa deſcripſi &c. *Segue la deſcrizione &c.* Ed avendo aſſerito il detto P. Petrelli, che in detto Baullo ſi ſarebbe trovata la copia de' Decreti emanati dalla ch. mem. del Cardinal Barbarigo in occaſione di altra Viſita fatta al detto Collegio Ibernеſe, quali diligentemente ricercatiſi, nè eſſendoſi ivi potuti rinvenire, nè, atteſa l'ora tarda, eſſendoſi potuto fare maggiori ed ulteriori diligenze per ritrovarli, promiſe lo ſteſſo P. Petrelli di fare eſſo medeſimo ulteriori diligenze, *e rinvenuti che foſſero, l' avrebbe eſibiti, e conſegnati al prelodato Monſignor Serſale.*

Die 5. Octobris. Exhibitio Decretorum cl. mem. Cardinalis Barbadici &c. *Segue l' atto della eſibizione e conſegna de' ſuddetti Decreti fatta dal P. Petrelli al Notajo.*

Num. 2. *Altra particola della ſuddetta Deſcrizione &c.*

Nell' altro Baullo. Una Cartella con alcune Scritture concernenti affari del Collegio Iberneſe, e varj fogli preſentati al Cardinal Imperiali Viſitatore del medeſimo Collegio nel 1719. dal Rettore di quel tempo.

Numero ſette fogli volanti, quali evidentemen-

mente si riconosce essere stati staccati da qualche libro, li primi tre cartolati, come si dirà in appresso, e l' altri senza cartolazione, ma si riconosce, essere stata detta cartolazione tagliata. Il primo di detti fogli cartolato num. 25. e 26. incomincia: *Cose, che si devono osservare*, e termina: *Visitatore in quella provincia.*

Segue la descrizione simile degli altri sei fogli, che si tralascia.

	ERRORI	CORREZIONI
Pagina 7. lin. 6.	Breve	Bolla
pag. 17. lin. 22.	fuori di	presso a
pag. 69. lin. 3.	1735.	1635.
pag. 91. lin. 23.	Excellentissimi	Eminentissimi
pag. 180. lin. 29.	scito	scitu
pag. 183. lin. 32.	perfunctiorie	perfunctorie
pag. 188. lin. 7.	Socianos	Socinianos